



UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES

A standard linear barcode consisting of vertical black lines of varying widths on a white background.

3 1761 00007191 0

UNIVERSITY OF  
TORONTO LIBRARIES







PA  
6801  
A2  
1859  
v.1

20  
V816 R

P. VERGILI MARONIS

OPERA

REGENSVIT

OTTO RIBBECK.

---

VOL. I.

BVCOLICA ET GEORGICA.



LIPSIAE.

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.

MDCCCLIX.

•P. VERGILI MARONIS

BVCOLICA ET GEORGICA

RECENSIVIT

OTTO RIBBECK.

۲۹۸۱  
۱۹۵۱۲۱



LIPSIAE.

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.

MDCCCLIX.

19646  
14/12/91

LITERARVM VNIVERSITATI


B E R N E N S I

QVINQVE LVSTRA

FELICITER PERACTA

GRATVLATVR

E D I T O R.



P. VERGILI MARONIS

B V C O L I C A

---

- F** schedae Vaticanae.  
**G** schedae Sangallenses rescriptae.  
**M** codex Mediceus.  
**P** codex Palatinus.  
**R** codex Romanus.  
**V** schedae Veronenses rescriptae.  
**γ** codex Gudianus fol. 70.  
**a** codex Bernensis 172 (conlatus ubi deficit **R**).  
**b** codex Bernensis 165.  
**c** codex Bernensis 184.  
**m** codex Minoraugiensis.  
**ψ** ceterorum librorum vel omnes vel plerique.  
**z** deteriorum librorum pauci quidam.  
**ω** auctorum, quorum testimonia laudantur, boni libri  
plerique omnes.  
**φ** eorundem boni libri aliquot.
-

# E C L O G A I

MELIBOEVS

TITYRVS

- A* *a* *M.* Tityre, tu patulae recubans sub tegmine fagi  
silvestrem tenni musam meditaris avena:  
nos patriae fines et duleia linquimus arva.  
*β* nos patriam fugimus: tu, Tityre, lentus in umbra  
formonsam resonare doces Amaryllida silvas. 5  
*a'* *T.* O Meliboee, deus nobis haec otia fecit.  
namque erit ille mihi semper dens, illius aram  
saepe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.  
*β'* ille meas errare boves, ut cernis, et ipsum

---

## TESTIMONIA.

ECL. I. 1 'Tityre tu p.' Terentianus Maurus 1675 'Tityre . . .  
sub' Marins Plotius 2638 P. (262 G.) 'patulae . . . fagi' schol. Hor.  
serm. II 4,34 Servius Aen. VI 283 'recubans . . . fagi' anthol. Lat.  
I 178, 131 2 Asper 115,7 K. Quintilianus IX 4,86 3 Aldhel-  
mus de re gramm. et metr. in A. Mai auct. class. V 534 'nos . . .  
duleia' Marius Victorinus 2518 P. (98 G.) 4 Nonius 338,3 'nos  
p. f.' Macrobius Sat. IV 3,11 schol. Lueani V 805 'tu . . . umbra'  
Servius Aen. XII 237 5 Asper 115,18 K. Probi inst. I 7,2 Arusia-  
nus p. 258 L. 6—10 'dens . . . agresti' Seneca de benef. IV 6  
6 sq. o Meliboee . . . semper dens. Seneca epist. 73,10. 7 'nam-  
que . . . deus' Servius Aen. I 290 'illius a.' Probi inst. I 6,5 8 Aldhelmu-  
s V 534 9 sq. Seneca epist. 73, 11 schol. Hor. carm. IV 5, 17 'et . . .  
agresti' Servius eel. X 1 9 Priscianus 773 P. 'ille . . . boves' schol.  
Hor. epod. 2, 12

---

## VARIA LECTIO.

ECL. I. \*MELIBOEVS· TITYRVS P · 1 MELIBOEVS om. P · MEL R  
PATVLE 'Rγ' 2 agrestem Quintilianus: cf. v. 10 et eel. VI 8  
3 FINIS b 4 PATRIM P l. gi (erasa una lit.) γ 5 formonsam Asper  
FORMOSAM PRyb amaryllida γb 6 TI R DS R 8 imbuīt b 1  
imbuīt Aldhelmus 9 boes Prisciani Sangall. Grut. Carolir.

- 10
- ludere quae vellem calamo permisit agresti.
- B* *α* *M.* Non equidem invideo, miror magis: undique totis  
usque adeo turbatur agris. en ipse capellas  
protemus aeger ago: hanc etiam vix, Tityre, duco.
- β* hic inter densas corulos modo namque gemellos  
spem gregis, a, silice in nuda conixa reliquit. 15
- β* saepe malum hoc nobis, si mens non laeva fuisse.  
de caelo tactas memini praedicere querens.
- γ* sed tamen iste deus qui sit da, Tityre, nobis.
- α'* *T.* Vrbem quam dienit Romam, Meliboee, putavi  
stultus ego huic nostrae similem, quo saepe solemus 20  
pastores ovium teneros depellere fetus.
- β'* sic canibus catulos similes, sic matribus aedos

## TESTIMONIA.

10 Diomedes 337 P. schol. Hor. carm. I 32, 2 Seryius ecl. VII 17  
'Indere q. v.' Arusianus p. 244 L. 11 'non equidem i.' Marius Victorinus 2467 P. (24 G.) 11 sq. 'totis . . . agris' Quintilianus I 4,28  
12 'usque . . . agris' Consentius 2059 P. 12 sq. 'en . . . ago' Nonius  
377,20 ('protemus, valde. . . . ut sit animo et corpore valde aeger,  
aut si aliud emuntiat, refertur ad illud, ut sit longe, porro ago.')  
14 sq. Augustinus de re gramm. 2017 P. 'modo . . . gregis' Servius Aen.  
II 504 15 'a...reliquit' Priscianus 1024 Diomedes 422 Alcuini gramm.  
2142 P. 'a! silice in nuda' Nonius 225,18 Phocae ars 1700 P. (18 L.)  
'silice in n.' Quintilianus I 6,2 Probus de nom. 18 p. 218 Endl.  
16 sq. Philargyrus ad ge. IV 7 16 Nonius 331,20 17 Servius Aen. I  
230 X 177 18 Nonius 278,29 'da T. nobis' schol. Lucani I 559 Ser-  
vius Aen. I 676 II 65 VI 66 19 sq. 'urbem . . . similem' Priscianus  
1192 P. 22 'canibus catulos. et matribus haedos' Quintilianus V 11,30  
22 sq. 'sic . . . noram' Columella de r. r. III 9,5

## VARIA LECTIO.

vae

10 q. γ 11 MEL R 12 'sane vera lectio est turbatur . . . si  
enim turbamur legeris, videtur ad paueos referri' Servius: cf. idem  
ad Aen. I 272 turbatur b2 Quintilianus, Consentius TVRBAMVR  
PRb1? turbā (supraser. glossa: expelliuntur) γ 13 PROTENVS Pyb,  
Servius, Nonius PROTINVS R 'non recte procedet, nisi vocali corre-  
pta efferemus: protinus aeger agō: hanc etiam vix, Tityre, duco;  
nisi forte scribendum est ago, et iam hanc vix' Lachmannus Luer. p. 196

Tityre duco vix γ 14 hinc Augustinus Putschii CORYLOS P coriolof  
b Post v. 17 saepe sinistra cava praedita ab ilice cornix altera manu in  
Oblongo et, nisi quod dicebat, in Longobardico Pierii; cf. ecl. IX 15

18 SED Rb 19 TIT R 20 QVAEPE P 21 foetnf γ 22 AEDOS Py  
HAEDOS Rb

- noram, sic parvis componere magna solebam.  
 $\beta'$  verum haec tantum alias inter caput extulit urbes,  
 quantum lenta solent inter viburna cupressi. 25  
 $\gamma'$  M. et quae tanta fuit Romanam tibi causa videndi?  
 $\Gamma\alpha$  T. Libertas, quae sera tamen respexit inertem,  
 candidior postquam tondenti barba eadebat,  
 $\cdot\alpha$  respexit tamen et longo pos tempore venit,  
 postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit. 30  
 $\alpha$  namque, fatebor enim, dum me Galatea tenebat,  
 nec spes libertatis erat nec cura peculi.  
 $\beta$  quamvis multa meis exiret victima saeptis,  
 pinguis et ingratae premeretur caseus urbi,  
 non unquam gravis aere domum mihi dextra redibat. 35

## TESTIMONIA.

23 'sic . . . solebam' Servius Aen. I 374 25 thesaurus novus latin. in A. Mai anet. class. VIII 598 26 Diomedes 411 P. Donatus in Ter. Andr. I 1,21 Augustinus de gramm. 2013 P. 27 Philargyrus ad ge. IV 25 Servius Aen. XI 3 28 schol. Persii I 15 29 Marius Victorinus 2505 P. (160 G.) 'longo . . . venit' Diomedes 449 Sergius 1856 Cledonius 1879, 1932 Servius in secundam Donati 1799 P. Pompeius p. 390-408 L. 'et . . . venit' Diomedes 451 P. 30 Donatus in Ter. Phorm. prol. 1 32 Priseianus p. 735 P. incertus de nom. et pron. 2 p. 128 Endl. 'nec e. p.' Consentius 2043 P. Servius Aen. I 332 X 167 34 Charisius 60 P. Nonius 200,7 'pingues premere caseos' de gen. nom. p. 75 II.

## VARIA LECTIO.

23 componere  $\gamma$  27 sq. 'candidior postquam . . . aut mutatio personae est, ut quendam rusticum accipiamus loquentem, non Virgilium . . . aut certe est mutanda distinctio, ut sit non barba candidior, sed libertas . . . et bene candidior libertas' Servius: cf. Probus p. 7, 4 K. 27 respexinhertem  $\gamma$  29 sq. 'et longo . . . Galatea reliquit:  
 iungendum est hoc totum' Servius 29 REPEXIT R POSTEMPORE (corr. m. ant.) P: cf. Lachmannus ad Lucr. II 759 IV 1186. 1252 POSTEMPORE R<sup>b</sup> 'longo post, ut postposita videatur esse praepositio et in unitatem coacta' Servius, ut fortasse etiam scribi voluerit: longopos tempore, sicut in inscriptionibus (v. Ritschelium ad legem Rubriam p. 4) praepositiones cum suis nominibus coalescunt: cf. Marius Victorinus 2468 P. (25 G.) Ritschelius mus. Rhen. nov. VII 571 sq.  
 VIII 156) 33 eif  $\gamma$  34 'pinguis melius ad victimam, quam ad caseum refertur' Servius PRAEMERETVR (del. A) PR CAESEVS (del. E pr.) P 35 NVMQVAM (del. N) R m<sup>i</sup>  $\gamma$  DEXTERA (del. E altera) R

- A a* *M.* Mirabar quid maesta deos, Amarylli, vocares;  
cui pendere sua patereris in arbore poma:  
*a* Tityrus hinc aberat, ipsae te, Tityre, pinus.  
ipsi te fontes, ipsa haec arbusta vocabant.
- E a* *T.* Quid facerem? neque servitio me exire licetbat      40  
nec tam praesentis alibi cognoscere divos.
- a* hic illum vidi iuvenem, Meliboee, quodamnis  
bis senos cui nostra dies altaria fumant.
- a* hic mihi responsum primus dedit ille petenti:  
'pascite ut ante boves, pueri: summittite tauros.'      45
- Z a* *M.* Fortunate senex! ergo tua rura manebunt.
- β* et tibi magna satis, quauis lapis omnia nudus  
limosoque palus obducat pascua iunco.
- β* non insueta gravis temptabunt pabula fetas,  
nec mala vicini pecoris contagia laudent.      50
- β* fortunate senex! hic inter flumiua nota  
et fontis sacros frigus captabis opacum.

## TESTIMONIA.

38 sq. 'ipsae...vocabant' Servius Aen. VIII 38 41 Servius Aen. XII 245 ge. I 10 43 'bis... dies' Quintilianus IX 3,53 44 'hic...dedit' Servius Aen. I 1 45 Nonius 390,6 Ambrosius IV 187 (ed. Bas. 1535) 'pascite boves p.' Consentius 2054 P. 47 Servius eel. IX 7 48 'obducat p. i.' Nonius 360,30 49 Nonius 313,33 Servius Aen. I 51, 274 'gravis t. p. f.' Servius Aen. VI 516 'temptabunt p. f.' Servius Aen. II 238 50 Charisius 54 P. Nonius 199,6 schol. Iuvenalis II 81 schol. Hor. epod. 16, 61 51 'hic... nota' Servius Aen. VI 221 ge. IV 155 52 'frigus c. o.' schol. Hor. carm. III 13,10

## VARIA LECTIO.

- I
- 36 MAESTA *R* amarilli *γ* maesta Amarylli *iungit* Servius  
PO
- 37 su. b MALA (AL *m. rec. corr. in M, PO m. rec.*) *R* poma in ras. *γ*
- A PINX
- 38 IPSAE *P* HPSE *R* NOBIS *P:* cf. 18 40 ME SERVITIO *R*
- 41 PRAESENTES *Pγb* 42 QVOTANNIS *R* (sed corr. T ex D), *γbc*
- 45 ut] VNT (*del. N*) *P* SVBMITTITE *Rγ* bovis pueri et submittite  
O
- Nonii exempl.* 48 LIMOS (*corr. m. eadem ut vid.*) *P* 49 insu...  
& a (*eras. ui ut vid.*) *γ* grauef *b* 50 ne... laedant *schol. Iuvena-*  
*lis* 52 fontef *γbc*

- γ hinc tibi, quae semper, vicino ab limite saepes  
Hyblaeis apibus florem depasta salieti  
saepe levi somnum suadebit inire susurro. 55
- γ hinc alta sub rupe canet frondator ad auras:  
nec tamen interea raucae tua cura palumbes  
nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo.
- Hæ* T. Ante leves ergo pascentur in aequore cervi,  
et freta destinunt nudos in litore pisces; 60
- α ante pererratis amborum finibus exul  
aut Ararim Parthus bibet aut Germania Tigrim,
- β quam nostro illius labatur pectore voltus.

## TESTIMONIA.

53 sq. Priscianus p. 1176 P. 53 'vicino . . . seps' de gen. nom. p. 98 H. ('seps generis feminini. . . sed melius sepis') 54 'florem d. s.' Servius Aen. I 194 55 schol. Hor. epod. 2, 27 thesaurns nov. latin. in A. Mai auct. class. VIII 552 56 'hinc . . . frondator' thesaurus nov. latin. I. I. 227 57 Nonius 219,4 Servius Aen. IX 86 'raueae . . . palumbes' Charisius 82 P. 58 Probi inst. I 14, 12 59—62 Aldhelmi prologus de septenario in A. Mai auct. class. V 514 59 sq. Probus 5, 17 K. 59 Priscianus 976 P. Probi ars minor 691 p. 373 Endl. 60 Servius Aen. V 871 61 sq. Priscianus 989. 61 Priscianus 976 P. 62 Priscianus 645 P. Maximus Victorinus de earm. her. 1962 P. (292 L.) Aldhelmus de re gramm. et metr. in A. Mai l. 1. 532.

## VARIA LECTIO.

53 a c hinc; tibi quae, semper (*i. e.* hinc saepis est, quae tibi . . . saudebit) *Lachmannus ad Prop. IV 2, 9*: cf. *Marklandus in Stat. silv. I 3, 43*. *Intellego*: hinc tibi, quae semper suasit, saepes etiam postea saudebit somnum. seps *anonymus de gen. nom. legitne grammaticus seps est?* *Hauptius*. hinc tibi, quae semper florem depasta salieti Hyblaeis apibus, vicino ab limite saepes Saepe *e. q. s.* *E. Hoffmann* (*cf. Bonitzü ephem. gymnas. Austr. 1853 p. 411 sqq.*) 55 saepe levi] et laeto *thesaurus nov. lat.* leue b t sua.debit γ inire in ras. γ 58

<sup>AB</sup> aerea γ CESSIT P 59 PASCVNTVR P aequore *Moretanus quartus*. *Probi Vatc.*, probavit *H. Keilius philol. II 166* cf. *Calpurnius ccl. VIII 75* AETHERE PRabc, *Servius*, *Probi ars*, *Aldhelmus*; tuerit *Ameisius spicileg. explic. Verg. 3 &era γ1. De permuatatis his vocibus vide quos laudat Ungerus in Valgio p. 484* 61 PERERRANTIS R pereratis *Aldhelmus amborum om. Aldhelmus EXSVL P* 62 ARARIM Rabe, testatur *Priscianus ARAREM Py*, *Maximi Victorini Gothanus teste Lindemanno partus γc Albini Parthis Schraderus* 63 LABATVR P, quod *Aeneidis locis velut I 684 IV 4 VII 416 commendatur.* VVL-TVS P2γbc

- Θ α M. At nos hinc alii sitientis ibimus Afros,  
pars Seythiam et rapidum cretae veniemus Oaxen 65  
et penitus toto divisos orbe Britanos.
- α en unquam patrios longo post tempore finis,  
pauperis et tuguri congestum caespite culmen  
post aliquot mea regna videns mirabor aristas?
- α impius haec tam culta novalia miles habebit, 70  
barbarus has segetes: en quo discordia civis  
produxit miseros, his nos consevimus agros!
- β insere nunc, Meliboee, piros; pone ordine vites.  
ite meae quandam felix pecus, ite capellae.
- β non ego vos posthaec viridi projectus in antro 75  
dumosa pendere procul de rupe videbo;

## TESTIMONIA.

61 sq. Macrobius Sat. IV 3,9 61 'sitientis i. A.' schol. Lucani IV 588  
65 'rapidum . . . Oaxen' Aldhelmus de re gramm. et metr. I. I. 579  
66 schol. Hor. carm. IV 14,48 'toto . . . Britanos' Isidorus orig. IX 2,  
102 68 Priscianus 735. 747 P. 'panperis et t.' Probi inst. II 1,34  
Consentius 2043 P. 'pauperis . . . congestum' incertus de nom. et pron.  
2 p. 128 Endl. 69 Donati ars III 6,2 Augustinus quaest. I 95 Beda de  
tropis 380 Cap. Pompeius p. 467 L. Servius Aen. I 141 'post . . .  
videns' Probi inst. I 17,6 70 Nonius 215,19 thesaurus nov. latin. I.  
I. 376 'impius . . . miles' Probi inst. I 4,23 73—76 Servius ecl. IX  
50 73 Seneca epist. 101,4 Priscianus 900 P. thesaurus nov. latin. I.  
I. 428 'insere . . . piros' Probi ars minor 822 p. 424 Endl. thesaurus nov.  
latin. I. I. 522 74 'ite . . . pecus' Servius Aen. IX 86 75 Nonius 373,19  
'viridi . . . antro' Arusianus p. 254 L. 76 Arusianus p. 254 L.

## VARIA LECTIO.

<sup>c</sup> 64 hin γ SITIENTIS <sup>e</sup> P fitientef e 65 SCYTIAM (corr. m. rec.) R  
S CYTHIAM (corr. m. ead. ut vid.) P scity γ cretae an Cretae seribendum  
esset dubitarunt iam Servii aetate: cf. Serv. ad ecl. II 24 oaxeni  
b Macrobi exmpl. Oaxe editio Lipsiensis apud S. Hirzelium a 1858,  
fortasse errore typothetae. ad Oxnum prop. Ladevicius 66 BRITTAN-  
NOS Rb1 67 FINES Pye 68 TVGYRH Rbe1 69 mea] MEAMA P  
aristas, i. e. πολες: cf. Meinekius anal. Alex. 193 et ad Theocr. 3, 31  
70 tam bene culta thesaurus nov. latin. 71 <sup>b</sup>af γ ciuef γ 72 per-  
duxit γb, 'in perveteri exposito cod. Vaticano et in Longobardico'  
Pierii IIISNOS PR . . . (in mg. en quif) b en quif eψ quis . . . (in  
ras., vid. fuisse his nos) γa CONSEVIMVS R confedimuf e agrif γa  
AGRIS R 74 QVONDAMFELIX Py, Servii exemplaria. FELIXQVONDAM  
Rabc 76 dumosa de rupe procul pendere videbo Servius ad ecl. IX 50

- $\beta$  carmina nulla canam; non me pascente, capellae,  
florentem cytisum et salices carpetis amaras.
- I T. Hic tamen hanc mecum poteras requiescere noctem  
fronde super viridi: sunt nobis mitia poma, 80  
castaneae molles et pressi copia lactis.  
et iam summa procul villarum culmina fumant,  
maioresque cadunt altis de montibus umbrae.

## II

Formosum pastor Corydon ardebat Alexim,  
delicias domini; nec quid speraret habebat.  
tantum inter densas umbrosa cacumina fagos  
adsidue veniebat. ibi haec incondita solus

## TESTIMONIA.

- 78 'et . . . amaras' schol. Lucani IX 287 Servius Aen. IV 486  
79 Arusianus p. 258 L. schol. Hor. carm. II 7,19 80 sq. Terentianus Maurus 2772 Marius Victorinus 2598 P. (207 G.) 80 Priscianus 1212 P. 'fronde s. v.' Charisius 23 P. Arusianus. 260 L. Alcuini gramm. 2141 P. 'sunt . . . poma' Nonius 343,14 schol. Leid. ge. I 448 'sunt . . . molles' Nonius 346, 30 'sunt . . . lactis' Charisius 250 P. Dionredes 440 P. Isidorus orig. I 35, 5 Beda de tropis 376 Cap. 81 'et pressi e.l.' Quintilianus X 1,12 82 Claudio Sacerdos I 178 (p. 44 Endl.)

ECL. II. Cf. Appuleius apolog. p. 407 Oud. Propertius III 34,73  
1 Priscianus 1158, 1166, 1176 P. schol. Hor. carm. IV 9,13 Servius Aen. I 515 Marius Victorinus p. 96 G. Arusianus p. 209 L. 'formosum p. C.' Agroetius 2260 P. 'ardebat A.' Priscianus p. 709 P. 1 sq. 'formosum . . . domini' Donatus in Ter. eun. V 9, 23 3 sq. 'tantum . . . ve-  
niebat' Arusianus 237 L.

## VARIA LECTIO.

- 78 citysum  $\gamma$  CALICES (C pr. corr. in S) P 79 HINC P hac a2b2c, schol. Hor. poteris Arusianus, schol. Hor. RELIQVIESCERE P NOCTEM Pab noctae e nocte schol. Hor. 80 <sup>DE</sup>MI<sup>X</sup>IA (sic: ITI ex corr. in ras., I post. corr. ex T) R 83 de] A P

ECL. II. De structura huius carminis vide Iahnii annal. LXXV 66 sqq. POETA CORYDON PRb DE AMORE PUERI POETA CORIDON  $\gamma$   
1 POE Rb FORMOSVM Pybc CORYDON PASTOR R $\gamma$  ALEXIN Rabc,  
Prisciani exempl., schol. Hor. 2 dominequid  $\gamma$  1 4 ADSIDVAE R at-  
sidue aliquot Pierii affidue  $\gamma$  b2c2

- montibus et silvis studio iactabat inani: 5  
 a O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas?  
 nil nostri miserere? mori me denique cinges.  
 a nunc etiam pecudes umbras et frigora captant;  
 nunc virides etiam occultant spineta lacertos,  
 a Thestylis et rapido fessis messoribus aestu 10  
 alia serpillumque herbas contundit oletis.  
 a at mecum raucis, tua dum vestigia lustro,  
 sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.  
 b nonne fuit satius, tristis Amaryllidis iras  
 atque superba pati fastidia? nonne Menalcan, 15  
 quamvis ille niger, quamvis tu candidus essem?  
 a' O formonse puer, nimium ne crede colori!  
 alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.  
 a' despectus tibi sum; nec qui sim quaeris, Alexi,

## TESTIMONIA.

6 Probus p. 6,25 K. Marius Victorinus p. 2589 P. (194 G.) schol.  
 Hor. carm. IV 10,1 'o e. A.' Probi inst. I 4, 22 'o . . . mea' Marius  
 Victorinus 2563 P. (158 G.) 'nihil m. e. e.' Probi inst. I 9,11 Servius  
 ge. I 125 'carmina e.' Marius Victorinus p. 158 G. 7 'nil n. m.'  
 Probi inst. I 6,1 8 schol. Persii III 69 schol. Hor. carm. I 23,7  
 'Virgilius masculino dixit lacertos' schol. Iuvenal. III 231 10 sq. schol.  
 Hor. epod. 3,4 10 'Thestylis' Clandius Sacerdos 189: cf. I 170 11 'alia  
 serpyllumque' Charisius 54 Beda 2327 P. incertus de orth. 2777 P. Probi  
 inst. I 17,3 12 Nonius 335,25 14 'nonne f. s.' Donati inst. I 9,11  
 18 Diomedes 498 P. 19 Nonius 288,16 'despectus . . . sim' Arusianus  
 p. 221 l.

## VARIA LECTIO.

5 filiū /// studio in ras. sex fere lit., quarum prima fuit f., extre-  
 ma o) γ 6 COR Rb NHHL (III m. 2) P NHHL R 7 COGIS Pybe  
 ἀπέγξασθαι με ποιήσεις Theocritus III 9 9 miridif e, schol. Hor.  
 o)

LACERTAS P lacertos testatur schol. Iuvenal. 10 Testilif (i pr.  
 corr. in y) γ 1 estn γ 11 alia per i testantur Charisius, Beda, inc.  
 de orth. serpyllum γ, Charisii cod. serpyllum be, ceteri grammatici  
 olentef γbc 12 AD P AC R 'at si per d fuerit, erit hyperbaton . . . sed

DVM

melius est ut at coniunctio sit' Servius dum] NVNC P 14 fatiūs  
 in ras. γ AMARYLLIDOS (O corr. in V) P amarillydis (y m. 2 ut vid.) γ

15 SVPERVA R MENALCAM R menalchan be 17 'bene dicit Do-  
 natus suspendendum O' Servius FORMO\$SE R FORMOSAE P for-  
 mose γbc 18 LIGVSTA P 19 ne e qui sim γ corr. m. 2 quif sim c

- quam dives pecoris, nivei quam lactis abundans: 20  
 a' mille meae Sienlis errant in montibus aquae;  
 lac mihi non aestate novum, non frigore defit.  
 a' canto, quae solitus, siquando armenta vocabat,  
 Amphion Dircaeus in Aesaeo Aracintho.  
 b' nec sum adeo informis: nuper me in litore vidi, 25  
 cum placidum ventis staret mare; non ego Daphnum  
 indice te metuam, si numquam fallit imago.  
 c O tantum libeat tecum tibi sordida rura  
 atque humilis habitare casas, et figere cervos,
- 

## TESTIMONIA.

20 Priscianus 1123 P. 'quam d. p.' Arusianus p. 222 L. 'nivei q. l. a.' Arusianus p. 209 L. 'lactis a.' appendix ad Probi art. min. 30 p. 442 Endl. 21 Servius in Aen. I 184 VII 491 ecl. I 9 22 Martianus Capella III 307 Probi inst. II 1,16 Cassiodorus 2324 P. Claudius Sacerdos 3 p. 48 Endl. Servius ge. II 150 'lac . . . novum' Servius ge. I 43 Consentius 2030 P. 23 'canto q. s.' Martianus Capella III 283 Marius Victorinus p. 2472 P. (32 G.) Pompeius p. 307 L. 'canto . . . Amphion' schol. Stati Theb. I 10 24 Macrobius V 17,17 25 'nec . . . informis' Servius Aen. III 431 25 sq. 'nuper . . . mare' Seneca n. q. I 17,5 26 'cum . . . mare' Philargyrus in ge. IV 484 26 sq. 'non ego . . . metuam' Iulius Rufiniauus p. 272 Ruhnk. 27 'si . . . imago' schol. Hor. carm. III 27,40 28 Servius Aen. IV 432 'sordida r.' Servius ge. I 177 29 'atque . . . casas' Arusianus p. 233 L. Servius Aen. I 452 ecl. VI 2 'habitare e.' schol. Lucani V 87

## VARIA LECTIO.

20 peccorif (*sc. pr. eras.*) γ Post nivei interp. Py 'multi . . . legunt nivei quam lactis; sed melius est: quam dives pecoris nivei' Servius: cf. Ovidius metam. XIII 829 'abundans (*erasa h ut vid.*) γ 22 LACT P: vid. Probi inst., Pompeius p. 233 L., Charisius 78 P., Caper 2241, Martianus Capella III 81, Ausonius grammaticomast. 12 laudati Ritschelius. philol. VII 606 adn. lac testantur Martianus Capella, Cledonius 1905 Cassiodorus NVOM (0 m. 2 corr. in V) P NOVVM Rbc 'sane hunc versum male distinguens Virgiliomastix vituperat: lac mihi non aestate novum, non frigore: defit' Serrius 24 dyreaeuf γ in] ETIN P acteo γ 'actaeo litorali accipere debemus . . . quādquam plerique Actaeo Aracyntho Atheniensi accipient' Servius. De hiatu cf. Lachmannus in Lucr. p. 162 ARACINTHO P RACINTHO R aracinfo (*corr. m. 2*) γ arachintho b arachineto c 26 AMARE P DAPHNī R Daphni Iul. Rufin. exempl. daphni c1 daphnī c2 DAPHNIN Pyb 27 METVM P  
 A FALLAT P FALLAT Ryb2, schol. Hor. fallet b1 29 ADQVE R hu-  
 milef ybc

	haedorumque gregem viridi compellere hibisco!	30
e	mecum una in silvis imitabere Panu canendo.	
	nec te paeniteat calamo trivisse labellum:	34
	haec eadem ut sciret, quid non faciebat Amyntas?	35
d	Est mihi disparibus septem compacta cicutis fistula, Damoetas dono milti quam dedit olim et dixit moriens: 'te nunc habet ista secundum.'	
d	praeterea duo nec tuta mihi valle reperti capreoli, sparsis etiam nunc pellibus albo; bina die siccant ovis ubera: quos tibi servo.	40
e	iam pridem a me illos abducere Thestylis orat;	
e	et faciet, quoniam sordent tibi munera nostra.	
f	Huc ades, o formouse puer: tibi lilia plenis	45
	Pan primum calamos cera coniungere pluris instituit, Pan curat ovis oviumque magistros	32
	dixit Damoetas, invidit stultus Amyntas	39

## TESTIMONIA.

32 sq. Isidorus orig. III 20,8 'Pan . . . instituit' schol. Hor. carm. IV 12,10 Servius ecl. III 25 33 'Pan . . . magistros' schol. Hor. carm. IV 12,11 31 Vetus Longus 2234 P. Arusianus p. 255 L. 'calamo t. I.' Charisius 79 P. 36 sq. 'est . . . fistula' Asper 115 K. Boethius introd. ad syllaginos p. 561 ed. Basil. 'septem c. e.' Servius ecl. V 85 40 Marius Victorinus 2579 P. (180 G.) 'nec . . . reperti' Servius in Aen. I 647 41 'sparsis . . . albo' Philargyrus ge. III 56 42 'una die . . . ubera' schol. Iuvenal. XI 65 43 Asper 115,20 K. 44 'quoniam . . . nostra' schol. Hor. carm. III 10,13 45—48 Probus 5, 17 K. 45 'huc . . . puer' Probi ars minor 735

## VARIA LECTIO.

32 sq., *quos non interpretatur Servius, interpolatione additos esse conicio: cf. ecl. VIII 24 Tibullus II 5,32 32 primus bc, schol. Hor. PLVRES Pybc 33 ouefy 34 PENITEAT P 35 amintafybc 36 CONPACTA Pbc 39 interpolatus videtur: cf. 35 AMNTAS R amintas y*

41 CAPRAEOLI PR pellibus albo yb, *Servius, Philargyrus: cf. ge. PELLIBVS ALBO*

III 56 HABET ISTA SECVNDVM P PELLIBVS · AMBO Rac 42 una schol. Iuvenal. QVOD RaI quoftibi (st fort. m. 2) y 43 LLOS P Thestylis] Y corr. ex I P testilys y optat Schraderus 44 facie! (eras. nt, ut vid.) y 45 o suprascr. y FORMONSE PR, Probi art. min. Vindob. formonse (n erasa) y formose bc

ecce ferunt nymphae calathis; tibi candida nais,  
pallentis violas et summa papavera carpens,  
narcissum et florem iungit bene olentis amethi;  
tum casia atque aliis intexens suavibus herbis  
mollia luteola pingit vaccinia calta. 50

f ipse ego cana legam tenera lanugine mala  
castaneasque nuces, mea quas Amaryllis amabat;  
addam cerea pruna: honos erit huic quoque pomo;  
et vos, o lauri, carpam et te, proxuma myrtle,  
sie positae quoniam suavis miscetis odores. 55

g Rusticus es, Corydon: nec munera curat Alexis,  
nec, si muneribus certes, concedat Iollas.

g heu heu! quid volui misero mihi? floribus austrum  
perditus et liquidis immisi fontibus apros.

h Quem fugis, a, demens? habitarunt di quoquē silvas 60

## TESTIMONIA.

50 Nonius 518,23 Priscianus 617 P. 51 Nonius 332,18 cf. Isidorus orig. XVII 7, 3 'Virgilius amantibus quid ex malo quaeri soleat ostendit. malus Cydonia nomen sumpsit' e. q. s. Lindemannus intellegit eel. III 64

52 cf. Ovidius art. am. II 267 III 183 'castaneasque nuces' Macrobius III 18,7 53 'cerea pruna' Priscianus p. 640 P. 54 Charisius 9 Priscianus 1250 'et . . . carpam' Charisius 109 'et te p. in.' Phocae ars V 2 55 Servius Aen. V 72 eel. VII 62 56 'rusticus est C.' inscr. Pompeiana apud Gellinecum VI 7 'nec . . . Alexis' schol. Hor. carm. III 10,13 57 Servius Aen. VIII 40 58 'eheu . . . mihi' schol. Hor. epist. I 20, 5

## VARIA LECTIO.

46 haece γ nimphe γ calatis γc 47 PALLETIS Ra pallentef b  
PAPAVERE P 48 aneti γ 49 tunc γ 50 pinguia Nonii exempl.  
PINGINT P CALTA Pybc, Nonii et Prise. exempl. CALTHA Ra Post  
v. 51 unum versum excidisse suspicatus sum l. l.: cf. Isidorus

52 amarillyf γ 53 POMA P pruna et honos γ, quod probavit etiam  
ed. Lipsiensis. pruna: nam honos? 54 PROXIMA Rybc 55 posite γ  
ο

SVAVES Ry DORES P 56 POET praem. γc EST P EST  
Ra1, inscr. Pomp., probavit Buechelerus mus. Rhen. XII 251 cori-  
don γbc muner. b1 curat in ras. γ 57 CERTET R certas...con-  
cedit ex Serv. Dresd. Wagnerus 58 COR praem. γb HEHEV P  
eheu γab, Servii exempl., schol. Hor. heu c 59 PERDITOS R LI-  
QUIDIS P IMMISSI P immisi γ fonteb; γ1 60 DEOMENS Ra1

- Dardaniusque Paris. Pallas quas condidit arces  
ipsa colat: nobis placeant ante omnia silvae.
- h torva leaena lupum sequitur, lupus ipse capellam,  
florentem cytisum sequitur lasciva capella,  
te Corydon, o Alexi: trahit sua quemque voluptas. 65
- i Aspice, aratra iugo referunt suspensa iuvenci,  
et sol crescentis decedens duplcat umbras.  
me tamen urit amor: quis enim modus adsit amori?  
a Corydon Corydon, quae te dementia cepit!
- i semiputata tibi frondosa vitis in ulno est. 70  
quin tu aliquid saltem potins, quorum indiget usus,  
viminibus mollique paras detexere innco?  
invenies alium, si te hic fastidit, Alexim.

## TESTIMONIA.

61 'Pallas . . . arces' Servius Aen. II 610, 615 'Pallas . . . colat' Servius Aen. III 531 63 'torva l.' Isidorus orig. X 269 'leaena' Probi ars minor 223 'torva . . . sequitur' Sergius 1843 P. 63 sq. Iulius Rufinianus p. 239 Ruhnk. 63—65 'torva . . . Alexi' Diomedes 443 P. 65 Chari-  
sius 4 Marius Victorinus p. 2474 P. (35 G.) 'te . . . Alexi' Probi inst. I 15 Maximus Viet. de ratione m. II 1 Marius Victorinus p. 2471 P. (30 G.) Mallius Theodorus p. 531 G. Diomedes 424 P. Pompeius p. 51 L. 'trahit . . . voluptas' Donatus in Ter. Phorm. I 2,36 schol. Persii V 53 66 Quintilianus VIII 6,21 schol. Hor. arm. III 6,43 67 schol. Hor. arm. III 6,41 Servius eel. I 84 68 'quis . . . amori' Clau-  
dius Saeerdos I 74 69 Iulius Rufinianus p. 233 Ruhnk. schol. Hor. arm. III 3,18 'a Corydon Corydon' Quintilianus IX 3,28 71 schol. Hor. arm. I 19,12 'quorum i. u.' Arusianus p. 238 L. 73 Claudius Sacerdos I 135

## VARIA LECTIO.

- 61 QVASE (E eras.) *P* QVAE *R* qua<sup>a</sup> *a* 62 COLANT *Rai*  
*s*
- 63 CAPELLAS *R* 64 CVTISVB *R*, *scriptum fuit* cutisum. LACIVA *P*  
66 SVSPENSA *P* 67 CRESCENTES *P* *2yb* de . . . cedens *c* 69 O *R*,  
*Iulii Rufiniani exempl.* choridon bis *c* cepit] *P corr. ex D P*  
*R*
- 70 FONDOSA *P* VLMO, *om.* EST *P* 71 ALIQVIT *R* SALTIM *P* *2Ryab*  
*s*
- 73 FASTIDIAT (A post. eras.) *P* FASTIDAT *Ra* ALEXIM (M eras.)  
*P alexif γbc*, *Claudius Sacerdos*

## III

MENALCAS. DAMOETAS. PALAEMON.

- a *M.* Die mihi, Damoeta, cuium pecus? an Meliboei?  
*D.* Non, verum Aegonis; nuper mihi tradidit Aegon.
- b *M.* Infelix o semper ovis pecus! ipse Neaeram  
dum foveat ac ne me sibi praeferat illa veretur,  
hic alienus ovis custos bis mulget in hora;  
et sucus pecori et lac subdueitur agnis. 5  
*D.* Parcius ista viris tamen obicienda memento,  
novimus et qui te transversa tuentibus hirquis,  
et quo — set faciles nymphae risere — sacello.
- M.* Tunc, credo, cum me arbustum videre Miconis 10  
atque mala vitis incidere falce novellas.
- D.* Aut hic ad veteres fagos cum Daphnidis arcum  
fregisti et calamos: quae tu, perverse Menalca,  
et cum vidisti puero donata, dolebas,

## TESTIMONIA.

ECL. III. 1 Priscianus 1095 P. Boethius in librum de interpretatione ed. sec. I p. 291 ed. Basil. ‘die . . . pecus’ Charisius 86 Nonius 280, 13 Pompeius p. 258 L. Donatus in Ter. Andr. IV 1, 44 hecyr. II 2,21 Phorm. II 3, 32 ‘cuium p.’ Cledonius 1907 P. 1 sq. Terentianus Maurus 2133. 5 Marius Victorinus 2467 P. (24 G.) Marius Plotius p. 253 G. ‘hie . . . custos’ Servius Aen. IV 370 6 Charisius 23 Claudius Sacerdos 84 p. 26 Endl. Donatus in Ter. enn. II 3,26 Probi inst. I 18,12 Nonius 399,21 ‘et lac . . . agnis’ idem 331,25 8 Iulius Rufianianus p. 200 Ruhnk. ‘novimus et qui te’ Donatus in Ter. eun. III 2, 26 ‘transversa t. h.’ Probi inst. I 9, 12. 8 sq. Quintilianus IX 3,59 Donatus in Ter. hec. V 26 Maebrius IV 6,21 9 schol. Hor. carm. II 8,14 10 sq. Charisius 253 P. 11 schol. Lucani VII 160 12 ‘aut . . . fagos’ Charisius 240 ‘cum d. a.’ Probi inst. I 4, 20 14 ‘quae tu puero donata d.’ Arusianus 222 L.

## VARIA LECTIO.

ECL. III. 2 EGONIS R 3 VIS P ouef a1 4 ILLE R 5 ouef c 0  
MVLGIT P, Mentel. 6 LACTE P 7 ‘parcius: melius hic distinguitur, licet possit dici etiam parcius ista’ Servius 8 hirquis Oblongus Pierii IIRCVIS P IIRCIS Ryabe ‘hireis . . . alii hoc improbant et legunt hirquis. hirqui autem sunt oculorum anguli’ e. q. s. Servius, et similia Philargyrus. sed γbc 10 tunc e, Charisi ed. pr. arbusta Charisi ed. pr. ta cod. MYCONIS Rb, Charisi cod. 11 mitet γb 12 Daphnidos testatur Probus inst. areū (u in ras.) γ 14 quae tu puero Arusianus

- et si non aliqua nocuisses, mortuus essem. 15  
*M.* Quid domini faciant, audent cum talia fures?  
 non ego te vidi Damonis, pessime, caprum  
 excipere insidiis, multum latrante Lycisea?  
 et cum clamarem 'quo nunc se proripit ille?  
 Tityre, coge pecus!' tu post carecta latebas. 20  
*D.* An mihi cantando vixit non redderet ille,  
 quem mea carminibus mernisset fistula caprum?  
 si nescis, mens ille caper fuit; et mihi Damon  
 ipse fatebatur; sed reddere posse negabat.  
*M.* Cantando tu illum? aut umquam tibi fistula cera 25  
 iuneta fuit? non tu in triviis, indocte, solebas  
 stridenti miserrimi stipula disperdere carmen?  
*c D.* Vis ergo inter nos quid possit uterque vicissim  
 experiamur? ego hanc vitulam (ne forte recuses,  
 bis venit ad muletram, binos alit pibere fetus) 30  
 depono: tu die, mecum quo pignore certes.  
*M.* De grege non ausim quicquam deponere tecum:  
 est mihi namque domi pater, est iniusta noverca;

## TESTIMONIA.

- 16 Nonius 310,18 17 Iulius Rufinianus p.212 R. 'non ego . . . in-  
 sidiis' Nonius 293,27 Quintilianus IX 2,13 17 sq. aneed. Paris. Eck-  
 steinii 22. 20 'Tityre e. p.' schol. Hor. carm. II 3,25 Servius Aen.  
 VII 43 21 Quintilianus IX 2,13 Iulius Rufinianus 202 R. 21 sq.  
 Charisius 203 aneed. Paris. Ecksteinii 22. 22 Terentianus Maurus 1242  
 23 Marius Plotius p. 253 G. 'si . . . fuit' Priscianus 1120 P. 25 'can-  
 tando tu i.' Quintilianus XI 3, 176 Donatus in Ter. eun. IV 7, 27 hec.  
 III 5,50 Servius Aen. I 713 II 657 IV 413 XI 383 'cantando . . . fuit'  
 Iulius Rufinianus 205. 272 R. Priscianus p. 811 P. Pompeius p. 275 L.  
 27 Appuleius florid. I 3 Donatus in Ter. eun. I 1, 23 Servius eel.  
 I 2 'stipula d. e.' schol. Veron. 71,1 K. 29 cf. schol. Veron. 71,22 K.  
 30 schol. Veron. 71,5 K. 31 'quo p. e.' schol. Veron. 71,8 K. 32 Non-  
 ius 279,7 Probi ars min. 849 p. 428 Endl. Marius Plotius p. 251 G.  
 gramm. Vat. in A. Mai anet. class. V p. 321 33 schol. Lueani VII  
 662 'est mihi n. d.' Probi inst., I 6,1

## VARIA LECTIO.

- 16 qui<sup>d</sup>γ facient<sup>γ</sup>2 TAL<sup>A</sup>P 17 dammonis<sup>b</sup> 18 INSIDIIS P  
 M  
 LVCISCA R 19 CLAMERE P 24 SED Rybe 25 haud e 26 VINCTA  
 Rybe, Prisciani φ TRIVBDS P 27 — 39 V fol. 224 a 27 STIPV-  
 LAMISERVUM V 28 nomen om. V, item 32. 44. QVIDSITPOSSIT V  
 29 'ego hanc vitulam: subdistingue' Servius 31 certaf e 33 MII V  
 INVSTA R infesta Schraderus

bisque die numerant ambo pecus, alter et haedos.  
verum, id quod multo tute ipse fatebere mains, 35  
insanire libet quoniam tibi pocula ponam  
fagina, caelatum divini opus Aleimedontis:  
lenta quibus torno facili super addita vitis  
diffusos edera vestit pallente corymbos.  
in medio duo signa, Conon et — quis fuit alter, 40  
descripsit radio totum qui gentibus orbem,  
tempora quae messor, quae curvos arator haberet?  
neendum illis labra admovi, set condita servo.  
*D.* Et nobis idem Aleimedon duo pocula fecit,  
et molli circum est ansas amplexus acantho, 45  
Orpheaque in medio posuit silvasque sequentis;  
neendum illis labra admovi, set condita servo:  
si ad vitulam spectas, nihil est quod pocula laudes.  
*M.* Numquam hodie effugies; veniam quo cumque vocaris.

## TESTIMONIA.

34 'bis . . . peenus' sehol. Veron. 71,14 K. 35 Donatus in Ter. Phorm. II 1,66 Priscianus 1111 P. 37 'Aleimedontis' sehol. Veron. 71,18 K. 'divini o. A<sup>z</sup>' Servius Aen. V 47, 359 X 85, 499 38 Servius Aen. II 392 VI 137 'torno facil-' sehol. Veron. 71,25 K. 39 'corymbi' sehol. Veron. 71, 26 K. 40 'duo s.' sehol Veron. 72, 5 K. 'et . . . alter' sehol. Veron. 72, 1 K. 42 Probus 9, I 44 et 47, om. 45 sq. Servius Aen. IV 377 44 cf. sehol. Veron. 72, 7 K. 'et . . . duo' Marinus Plotius p. 262 G. 46 cf. sehol. Veron. 72, 12 K. 49 Macrobius VI 1, 38 'numquam h. e.' Probus 89, 28 Servius Aen. II 670

## VARIA LECTIO.

34 HEDOS *Vc* 35 IPSE *sup. R* 38 FACTI (*T cōv. in L ut vid.*)  
*P* FACILIS *Vb1v1* FRAGILIS *Ra1* 'facilis: *Donatus sic legit. Legitur tamen et torno facilis*' *Servius*: cf. *ad Aen. II 392* 39 difusos γ̄ *EDERA*  
*V hedera c HAEDERA Rb h.edera γ̄ legitur et haedera ab haerendo arboribus, set sine aspiratione dici debet*' *Philargyrus*: cf. *Paulus Festi brev. p. 100 M* PALLANTE *Vc* 40—52 *V fol. 224 b.* 40 *Im b1*  
VM A  
41 DESCRIBSIT *PV* TOTO *V* 42 QVE bis *P* CVRVOS (O corr. in V)  
*P* CVRVVS *RVγbc* HABERET *V* 43 ADMOBI (B corr. ex D) *P AD-*  
*MOVIS R* fed γ̄bc 44 dua γ̄ PVCYLA *V* 46 SEQVENTES *Pb* 47 SED  
Rbc 48 spectet b LAVDes *V* 49 quoique c VOCARIS *V*

- audiat haec tantum — vel qui venit ecce Palaemon. 50  
 efficiam, posthac ne quemquam voce lacesas.
- D.* Quin age, siquid habes; in me mora non erit ulla,  
 nec quemquam fugio: tantum, vicine Palaemon,  
 sensibus haec imis (res est non parva) reponas.
- P.* Dicite, quandoquidem in molli consedimus herba. 55  
 et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos;  
 nunc frumenta silvae, nunc formosissimus annus.  
 incipe, Damoeta; tu deinde sequere, Menalca.  
 alternis dicetis: amant alterna camenae.
- α* *D.* Ab Iove principium musae: Iovis omnia plena; 60  
 ille colit terras; illi mea carmina curae.
- α'* *M.* Et me Phoebus amat; Phoebo sua semper apti me  
 numera sunt, lauri et suave rubens hyacinthus.
- β* *D.* Malo me Galatea petit, lasciva puella,  
 et fugit ad salices, et se enpit ante videri. 65

## TESTIMONIA.

50 cf. schol. Veron. 72, 15 K. Suetonius de gramm. 23 50 Priscianus 1174 52 Marius Plotius p. 254 G. ‘quin . . . mora’ Marius Plotius p. 262 G. 57 schol. Hor. epod. II 29 59 Priscianus 1006, 1132 ‘amant a. e.’ Servius ecl. VII 19 60 Macrobius s. Sc. I 17,14 Attilius Fortunatianus p. 349, 362 G. ‘ab Iove p. m.’ Servius Aen. IX 624 ‘Iovis o. p.’ Arusianus p. 251 L. 60 sq. Probus 6,28 K. Augustinus de consensu evang. I 31,35 61 Nonius 250, 15 ‘ille e. t.’ Servius ad Aen. I 16 ge. I 123 62 Marius Plotius p. 255 G. ‘et . . . sua’ Marius Plotius p. 262 G. 62 sq. Priscianus 1089 ‘et . . . lauri’ Servius ecl. VII 5 ‘Phoebo . . . hyacinthus’ Servius Aen. V 54 63 ‘munera s. l.’ Charisius 110 64 Probi inst. I 17,3 64 sq. Gellius IX 9 65 schol. Hor. carm. I 9,21

## VARIA LECTIO.

50 Post qui interp. *P* ‘vel qui: quasi requirentis est, cum subito Palaemon adveniat. Alii distinguunt: vel qui venit’ *Servius* PALEMON *Rc* 51 EFficium posthac *V* nec quēq *γ* 52 QVIT *PR*  
<sub>N</sub>  
*HabeS* *V* IM *P* 53 Ne<sup>c</sup> *e* PALEMON *Rc* 55 PAL *R* 57 formo-  
 fiffimus *bc* formofiffimus *γ* 58 fequere . . menalca *γ* 59 DAM *P*  
<sub>T</sub>  
 AMANS *P* camaene *γ* 60 D *om.* *P* IOQVE (Q *eras.*) *P* principio  
<sub>f</sub>  
*eI* ‘vel musae meae ab Iove est principium, vel o musae, sumamus ab Iove principium’ *Servius* 61 illi] ille *γ* 62 FOEBVS *P* apud *γbc*  
<sub>F</sub>  
 63 lauri *γ* hhiacintuf (h *pr. eras.*, i *pr. corr. in γ*) *γ*

- $\beta'$  *M.* At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas,  
notior ut iam sit canibus non Delia nostris.
- $\gamma$  *D.* Parta meae Veneri sunt munera: namque notavi  
ipse locum, aëriae quo congessere palumbes.
- $\gamma'$  *M.* Quod potui, puer silvestri ex arbore lecta      70  
aurea mala decem misi; eras altera mittam.
- $\delta$  *D.* O quotiens et quae nobis Galatea locuta est!  
partem aliquam, venti, divom referatis ad auris!
- $\delta'$  *M.* Quid prodest, quod me ipse animo non spernis, Amynta,  
si, dum tu sectaris apros, ego retia servo?      75
- $\varepsilon$  *D.* Phyllida mitte mihi: meus est natalis, Iolla;  
cum faciam vitula pro frugibus, ipse venito.
- $\varepsilon'$  *M.* Phyllida a uno ante alias: nam me discedere flevit,  
et longum 'formonse, vale vale', inquit, 'Iolla.'
- $\zeta$  *D.* Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbrés,      80

## TESTIMONIA.

66 Donatus in Ter. eun. I 2,5 Phorm. I 2, 57    68 'parta . . . munera' schol. Hor. carm. I 27,14    68 sq. 'namque . . . palumbes' Priscianus p. 826 P. 'notavi . . . palumbes' Arusianus p. 220 L.  
69 'aeriae . . . palumbes' Quintilianus I 6,2 Charisius 82 incertus de orthogr. 2796 P. 'aereae palumbes' incertus de gen. nom. 92 Haupt.  
71 cf. Propertius III (II) 34,69 'aurea . . . mist' Isidorus orig. I 36,22  
75 'ego r. s.' Charisius 45    76 Servius Aen. IX 641 'meus est n.  
I.' Donatus in Ter. Phorm. I 1,14    77 Nonius 313,27 schol. Invenal.  
IX 117 Priscianus p. 821, 1028, 1114, 1141 P. Alcuini gramm. 2110.  
2135 P. incertus de verbo 27 p. 159 Endl. 'quod ait Vergilius: cum . . .  
venito, ut vitulan dixerit pro vitulatione . . . meminerimus tamen sic  
legendum per ablativum: cum faciam vitula pro frugibus.' Macrobius  
III 2,15 cf. Servius eel. V 75    79 Charisius 183 Iulius Rufinianus 233  
R. Beda 2376 P. Marius Plotius p. 254 G. 'et l. f.' Marius Plotius p;  
266 G. 'et . . . vale vale' Marius Plotius p. 262 G. 'vale . . . Iolla'  
Pompeius p. 51 L. Servius Aen. IV 409    80 Nonius 349,11. 409,15  
80 sq. Iulius Rufiniānus 242 R. Priscianus 1100

## VARIA LECTIO.

66 AD PRe    69 aereae  $\gamma$ , anon. de orth.: om. Arusianus con-  
cessere b1 anon. de orthogr.    70 Quod<sup>d</sup>(d in ras.) b TECTA P1b1  
71 DECIM R    72 — IV 52 deficit P    72 loentif est e (fuit loentast)  
73 DVVM Rybe auref  $\gamma$ 1c    74 me om. R amyntas  $\gamma$     77 uitula  
'antiqua aliquot exempl.' Pierii. Prisciani 1028 Bong., Alcuinus Put-  
schii, anon. de verbo: testantur Serrius et Macrobius VITVLAM Ryabc<sup>y</sup>  
Nonii et Prisc.  $\omega$  uitulum schol. Iuven. ipsa Alcuinus<sup>\*</sup> 78 Phyllidam b  
79 formose  $\gamma$ bc    80 matrif  $\gamma$

- arboribus venti, nobis Amaryllidis irae.
- ξ M. Dulce satis umor, depulsis arbatus haedis,  
lenta salix feto pecori, mihi solus Amyntas.
- η D. Polio amat nostram, quamvis est rustica, musham:  
Pierides, vitulam lectori pascite vestro. 85
- η M. Polio et ipse facit nova carmina: pascite taurum,  
iam cornu petat et pedibus qui spargat harenam.
- θ D. Qui te, Polio, amat, veniat quo te quoque gaudet;  
mella fluant illi, ferat et rubus asper amomum.
- θ M. Qui Baynum non odit, amet tua carmina, Maevi, 90  
atque idem iungat volpes et mulgeat hircos.
- ι D. Qui legitis flores et humi nascentia fraga,  
frigidus, o pueri, fugite hinc, latet anguis in herba.
- ι M. Pareite, oves, munium procedere: non bene ripae

## TESTIMONIA.

- 82 Julius Rufiniannus 263 R. schol. Hor. carm. I 17,5 82 sq. Julius Rufiniannus 242 R. Priscianus 1100 ‘dulce s. u.’ Servius eel. V 46  
 83 Marius Plotius p. 251 G ‘lenta . . . pecori’ Augustinus de re gramm. 1990 P. ‘lenta . . . mihi’ Marius Plotius p. 262 G. 80 Donatus in Ter. Andr. prol. 3 adelph. IV 7,4 ‘Polio . . . carmina’ schol. Hor. carm. II 1, 15 Servius Aen. II 228 III 181, 240 IX 641 ge. I 43 IV 357 eel. V 71 schol. Lucani V 451 87 Nonius 366, 25 Servius Aen. III 21 ‘iam e. p.’ Servius Aen. II 202 88 Priscianus 1180 P. ‘veniat . . . gaudet’ Servius Aen. II 239 89 incertus de nom. I2 p. 130 Endl. ‘quamvis Vergilius mella dixerit’ Charisius 22 ‘mella f. i.’ Pompeius p. 185 L. ‘ferat . . . amomum’ Servius ge. I 266 90 cf. Hieronymi chrou. de Bayo (Suetonii fragm. p. 295,33 Roth.) Pompeius p. 479 L. schol. Hor. epod. X 1 90 sq. Isidorus orig. I 36,30 Donati ars III 6, 2 Dionedes 459 P.  
 91 Pompeius p. 480 L. Servius Aen. II 547 92 ‘qui legitis f.’ Isidorus orig. X 151 ‘et humi n. f.’ schol. Iuvenal. XIII 57 Arnsiannus p. 234 L.  
 93 Servius ge. I 336 94 sq. ‘pareite . . . creditur’ Asper 115, 24 K. ‘non . . . creditur’ Cledonius 1923 P. schol. Hor. serm. II 4, 21

## VARIA LECTIO.

- 82 hamor c depulfuf c1 hedif γ edif c 83 foeto γc amintaf c  
 84 POLLIO Ryb: item 86 et 88 Po. llio c EST Ryb in ras.ψ fit cmχ, Servii exempl. 85 lectori Servius quoque, sed merito displicebat Heynicio. Ineptam allegoriam excogitarit Amelius spicileg. explic. Verg. 8. Non offendaverimus, si cultori legeretur. 86 Pollio c, item 88. ‘alii legunt Pollio, ut prima producatur, abii Polio’ Servius: cf. Lachmannus Lucre. p. 33 pa.cite c1 87 == Aen. IX 629 CORNUM R arenam c 89 fera.t c robus Leid., codd. optimi apud Serv. ge. I 266 teste Burmanno 90 MEVI Ry 91 ADQVE R .idem c VVLPES Ryb MVLCEAT R. Pompeius hyreof γ2c

- creditor; ipse aries etiam nunc vellera siecat. 95
- x*      *D.* Tityre, pascentes a flumine reice capellas:  
ipse, ubi tempus erit, omnis in fonte lavabo.
- x*      *M.* Cogite oves, pueri; si lac praeceperit aestus,  
ut nuper, frustra pressabimus ubera palmis.
- λ*      *D.* Heu heu, quam pingui macer est mihi tauris in ervo! 100  
idem amor exitium est pecori pecorisque magistro.
- λ*      *M.* His certe neque amor causa est: vix ossibus haerent,  
nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.
- μ*      *D.* Die, quibus in terris — et eris mihi magnus Apollo —  
tris pateat Caeli spatium non amplius ulnas. 105
- μ*      *M.* Die, quibus in terris inscripti nomina regum  
nascantur flores; et Phyllida solus habeto.

## TESTIMONIA.

95 Maximi Vict. de final. 6 gloss. ‘ipse . . . siecat’ Probi inst. I 4,14  
‘vellera s.’ Probi ars min. 543 gramm. Vatic. in A. Mai auct. class.  
V 250    96 Priscianus 545 Beda 2372 P.    97 ‘omnes . . . lavabo’ Con-  
sentii ars 2054 P.    98 sq. Nonius 265,5    100 Servius Aen. II 69  
‘heu . . . est’ Probi inst. I 13, 2    101 ‘pecorisque m.’ Charisius 23  
102 ‘hice pro hi. vetuste Virgilius: his certe . . . haerent; quia hisce de-  
bebat dicere.’ Donatus in Ter. eun. II 2, 38    ‘vix o. h.’ Quintilianus  
VIII 6, 73    103 Priscianus 1169 schol. Persii II 34 Marius Victorinus  
2478 (46 G.) de quant. 12 p. 504 Endl. thes. nov. latin. in A. Mai auct.  
class. VIII 205 Servius Aen. VI 104.    104 Augustinus contra aead. III  
3,9 Diomedes p. 411 P.    104 sq. Quintilianus VIII 6,52    104—107  
‘dic . . . flores’ Servius Aen. X 74    105 Arusianus p. 253 L. Claudius  
Sacerdos 157 p. 39 Endl. schol. Lucani III 664    106 sq. ‘inscripti . . .  
flores’ Arusianus p. 237 L. Probus de nom. 52 p. 222 Endl.

## VARIA LECTIO.

95 siecat γ    96 PASCENTES Ryac, Prisciani exempl. pascentis  
*b*    97 omnes c FRONTE R    98 ouif b AESTAS R    99 fraustra al  
100 hehen c ehen bm, Probi inst. Servius Aen. II 69 heu semel γ  
erauo (erinas.) b ARVO R    101 EXITIVM EST PECORI Ra exitiu γ pecori  
est (est eras.) γ exitium pecori est bm exitium pecori cz, prob. ed. Lipsi-  
ensis magist. ro è c    102 his certe — neque amor causa est — vix os-  
sibus haerent nominativum his interpretans legit Donatus ad Ter.  
cio  
103 NES R oculis Servius Aen. VI 104 Marius Victorinus Putschii,  
sed ocaluf cod. Paris. facinat b 104 et — magnus in ras. c 105 Caeli:  
cf. Servius et Philargyrus cum Lachmanno Lucr. 328 caeli ulii, relut  
ed. Lipsiensis caelo et VLLAS R ulnaf (f corr. ex m)γ 107 naseun  
tur b1γ, Probus de nom. Phyllida] Y in ras. R phyllida γ phillida c  
h abeto b

- e      *P.* Non nostrum inter vos tantas componere lites.  
 et vitula tu dignus et hic. et quisquis amores  
 hau temnet dulcis, hant experietur amaros.      110  
 elandite iam rivos, pueri: sat prata biberunt.
- 

## IV

Sicelides musae, paulo maiora canamus!  
 non omnis arbusta iuvant humilesque myrieae;  
 si canimus silvas, silvae sint consule dignae.

- Ae      Ultima Camaei venit iam carminis aetas;  
 magnus ab integro saecorum nascitur ordo.      5  
 a      iam reddit et virgo, redeunt Saturnia regna;  
 iam nova progenies caelo demittitur alto.
- 

## TESTIMONIA.

108 Nonius 255, 4 Servius Aen. I 374      109 'et vitula . . . hic' Arusianus p. 222 L.      111 'sat p. b.' Nonius 453, 12

ECL. IV. cf. Hieronymi chron. de C. Asinio Gallo (Suetonii fr. p. 290,28 Roth.)      1 Probus 7,16 K. Servius eel. III 1 Eusebius Constantini or. ad sanctum coetum 20      4 Augustinus de civ. dei X 27 Isidorus orig. VIII 8,5      4—7 Eusebius I. I. 5 schol. Hor. carm. saec. 59 gloss. Barth. adv. XXXVII 5      'magnus a. i. s.' Arusianus p. 214 L.

## VARIA LECTIO.

108 'non: hic distinguendum est . . . male quidam totum iungunt'  
 Servius componere γ      109 . . . uitula (n e corr.) c      110 hau temnet proposui in Fleckeiseni ann. phil. LXXV 72 AVTMETVET Ryabcmψ, Servius (sie Aen. X 737 metuenda Menag. uterq. pro temnenda) dulces γ hant] AVT Ryabcmψ, Serrius amaros (a post. corr. ex o) γ haud metuet, dulcis aut experietur amaros Wagnerus. Parum feliciter aut metuet . . . aut experietur tueri conatus est Naegelsbachius stilisticae Latinae ed. II p. 451, turpiter Ameisius spicileg. explic. Verg. 8

111 iā. γ SAT (corr. m. recentiss.) R

ECL. IV. Stropharum compositionem hanc proposuit Gebauer de poetarum Graec. bucolicorum, in primis Theocriti carminibus in eclogis a Verg. adumbratis part. I (Lipsiae 1856) p. 61: 3 | 4. 3. 4. 3 | 8. 11. 9 | 7. 7 | 4 Cf. Fleckeiseni ann. LXXV 66 SAECVLI NOVI INTERPRAETATIO Ryabc 1 POER POET γ Sielidef e 2 OMNES R imricef e 3 CANIBVS (B eras. vel in ras.) R 4 CVMEI R cymaei γ cymei be ae.taf c 5 feculorum c1 NACITVR R 6 faturia γ 7 DI-  
 MUTTITVR R

- b tu modo nascenti puer, quo ferrea primum  
desinet ac toto surget gens aurea mundo,  
casta fave Lucina: tunc iam regnat Apollo. 10
- a Teque adeo decus hoc aevi, te consule inibit,  
Pollio, et incipient magni procedere menses;
- a te duce, siqua manent sceleris vestigia nostri,  
iurita perpetua solvent formidine terras.
- b ille deum vitam accipiet, divisque videbit  
permixtos heroas, et ipse videbitur illis,  
pacatumque reget patriis virtutibus orbem. 15
- B c At tibi prima, puer, nullo munuscula cultu  
errantis hederas passini cum bacchare tellus  
mixtaque ridenti colocasia fundet acantho. 20
- c ipsae laete domum referent distenta capellae  
ubera, nec magnos metuent armenta leones.  
ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.
- d occidet et serpens, et fallax herba veneni
- d occidet; Assyrium volgo nascetur amomum. 25
- C e At simul heroum laudes et facta parentis  
iam legere et quae sit poteris cognoscere virtus:

## TESTIMONIA.

8 'tu m. n. p.' Probi inst. I 9,11 8—10 'tu . . . Lucina' Eusebius  
I. I. 10 'casta f. L.' Isidorus orig. III 70,2 cf. Donatus in Ter. Andr.  
III 1,15 12 'et incipient m. p. m.' Pseudoasconius in Cic. Verr. I 31  
Servius ge. I 32 13—37 Eusebius I. I. 13 sq. Augustinus epist. 104.  
137. 258 de civ. dei X 27 20 schol. Hor. carm. II 6,14 Macrobius VI  
6,18 Servius ecl. VII 55 21 sq. Lactantius inst. VII 24 (cf. v. 38)  
21 'ipsae l. d.' Servius ge. I 127 'ipsae . . . ubera' schol. Lucani IV  
314 schol. Hor. epod. XVI 50. 23 Nonius 312,30 26 sq. 'at . . . legere'  
Nonius 331,32

## VARIA LECTIO.

9. Definit b1 surgit b 11 cui γ 12 POLLIO Ryabc 13 qua (ua  
in ras.) b 14 Irrita c FORMINE (m. recentiss. corr.) R 16 häroaf γ  
heroaf b 17 Pacatum c PATRIS R 18 AC R NVLLA PATER PRI-  
MO R 19 Errantef c herrantif γ ederaf c bacchare γbc 20 FVN-  
DET Ry2abc, schol. Hor., Macrobius Med. 2 fundit γ1, Macrobius 2 fundat  
Macr. Par. acanto c 21 ipse γ referant γ1, schol. Lucani  
22 metuant γ 23 fundunt c1 24 occidet ferpenf b1 uenini b1 25 af-  
firunt γ1bc mulgo γb2c 26 at γb Nonius AC Rc2 ad c1 parentif  
γ1bc, Servii exempl., Nonius PARENTVM Rγ2

- f molli paulatim flavesget campus arista,  
incultisque rubens pendebit sentibus uva,  
et durae quercus sudabunt roscida mella. 30
- f pauca tamen suberunt priscae vestigia fraudis,  
quae temptare Thetim ratibus, quae cingere muris  
oppida, quae iubant telluri infindere sulcos.
- f alter erit tum Tiphys, et altera quae vehat Argo  
delectos heroas; erunt etiam altera bella, . 35  
atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.
- D g Hinc, ubi iam firmata virum te fecerit aetas,  
cedet et ipse mari vector, nec iuifica pinus  
mutabit merces: omnis feret omnia tellus.
- g non rastros patietur humus, non vinea falcem; 40  
robustus quoque iam tauris iuga solvet arator;  
- 2' Nunc scio, quid sit Amor, duris in cotibus illum  
aut Tmaros aut Rhodope aut extremi Garamantes  
nec generis nostri puerum nec sanguinis edunt. 45
- incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus.
- 2'' Saevos Amor docuit natorum sanguine matrem

## TESTIMONIA.

39 'alter ab undecimo' Donatus in Ter. Andr. I 1, 50 gloss. Barth. adv. XXXVIII 15 41 Victorinus in Cie. p. 109 O. Pompeius p. 275. 349 L. Augustini gramm. 2011 P. schol. Hor. carm. I 27,12. 43 'nunc ... amor' Donatus in Ter. eum. I 1, 25 Charisius 5 Diomedes 430 de quant. 12 p. 504 Endl. de verbo 12 p. 151 Endl. Pompeius p. 308. 349 L. Marins Victorinus 2472 P. Servius Aen. VI 104. 44 'aut Tmaros aut R.' Probi inst. 14, 15 'extremi G.' Isidorus orig. IX 2, 125 schol. Lucani IV 334

## VARIA LECTIO.

36 MENALIOS *P* MECVN — *V* tibi<sup>a</sup> *b* 38 dux *V* vidi *V* LE-  
gentem *V* 39 alter *V* tum *V* ACCIPERIT *P* ACCEPERAT *V* .. cipi. et  
ceperat *z*, *Servii exempl.* ANNOS (0 corr. in *V*) *P* unNVS *V*  
40 iam *V* FRAGILES *P* VYac AB (B corr. in *D*) *PA* γabc, ut vid. *V*  
TERRAM *P* CONTIGERE (ad terram configere?) *P* pertinge<sup>re</sup> *b* TERra  
contingerE *V* 41 == Ciris 429 41 ut vidi om. *V* peri me *a*  
abstulit] *B corr. ex D P* 42 MALIOS *P* menalios *e* EA *P* tibi γb  
tibi.. *c1* 43 NVN *P* qui<sup>d</sup> *a* NVN<sup>is</sup> *P* nudif *a1b1* ut vid. durif  
(d ex corr.) γ in cotibus *V* c..tib; *a1* cautib; *b* 44 AUTMAROS.  
*M: cf. Iahnii annal. LXXVII 196* aud marof Probi inst. cod. aut marof  
(f ex corr. in ras., fort. in) γ Aut maruf (u post in ras.) *a* Ifmaruf  
*cm., in ras. b* RHODOPHE *M* rodope γc 45 nostri generis *Servii*  
*exempl.* PVERVN<sup>F</sup> *P* peer nec fanguinif *m. rec. in ras. γ* 46 ME-  
NALIOS *P*γac tibi.. *c1* 47 SAEUUS *M*γabc

	commacolare manus, crudelis! tu quoque, mater,	49
	crudelis mater, magis at puer improbus ille.	
	incipit Maenalios mecum, mea tibia, versus.	51
3"	Nunc et ovis ultro fugiat lupus, aurea durae mala ferant quereus, narciso floreat alnus, pinguis corticibus sudent electra myricae, certent et cynis ululae, sit Tityrus Orpheus,	55
	Orpheus in silvis, inter delphinas Arion. incipit Maenalios mecum, mea tibia, versus.	
1"	Omnia vel medium fiat mare. vivite, silvae: .	
	inprobus ille puer; crudelis tu quoque, mater	50

## TESTIMONIA.

47 sq. schol. Hor. carm. I 19,1 'saevus . . . manus' Pompeius p. 25 L.

55 sq. Isidorus orig. I 35,7 55 'certent . . . ululae' Nonius 254,26

56 Charisius 17 P. eiusdem exc. p. 542 K. 58 'omnia . . . mare' Donatus in Ter. Andr. IV 2,12 adolph. V 3,4 Priscianus 857 P. 'vivite s.' Servius Aen. III 493

## VARIA LECTIO.

48 COMMACULARE *Myabc* commaculare manus: puer, ah puer improbus ille: improbus ille puer, crudelis tu quoque, mater. *G. Hermannus*: contra quem disputavit Gebauer l. l. p. 43 49 MAGIS-ANPVER

*M* MAGIS AN PVER. *P* magis an puer *abc* magis puer *γ*: vide Iahnii

annual. LXXV 78 *conl. Tibullo* III 6,55 ISPROBVS *P* INPROB. *M* im-

prob; *γ* 50 in marginem reieci. IMPROB. *My* 'multi sic distinguunt,

quia et intentio loquentis ab initio sic fuit, ut a saevitia amoris inciperet, in secundo loco accusaret matrem, ita tamen, ut criminis eius in-

vidiam crudelitati amoris adscriberet, et ideo geminandum ille, improbus ille puer, crudelis, et distinguendum ita est: crudelis tu quoque

mater. Crudelis mater magis an puer improbus? et distingue et sub-

inunge: tu quoque mater' Servius. Itaque sic illi distinxerunt: crudelis tu quoque mater. Crudelis mater magis an puer improbus? ille, In-

probus ille puer crudelis: tu quoque, mater. 51 MENALIOS *P* 52

ouef *b1c* ultra *γ1* 53 QUAERCUS *M* FLORESET *P* 54 PINGUIL

*M* Pingua *γ* CORTIBVS *P* CORTIB. *M* ELECTA *P* 55 CERTET *M*

CYGNIS *My* eignif *c* tytiruf *γ* 56 ORION *M* 57 MENALIOS *Pc*

58 mediū. *b* FIAT *MP* fiat *b* fiant *γ* fiant *ac*. *Sententia haec est*: mare mihi instar omnium fiat, fiat et similia in Catonis Diris 46 et apud Ori-

- praeceps aërii specula de montis in undas  
deferar; extremum hoc munus morientis habeto. 60  
desine Maenalios, iam desine, tibia, versus.  
f Haec Damon: vos, quae responderit Alphesiboeus,  
dicite, Pierides; non omnia possumus omnes.  
I Effer aquam, et inolli cinge haec altaria vitta,  
verbenasque adeo piugnis et mascula tura, 65  
coningis ut magicis sanos avertere sacris  
experiar sensus; nihil hic nisi carmina desunt.  
ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnū.  
2 Carmina vel caelo possunt deducere Lunam;

## TESTIMONIA.

59 sq. Servius Aen. IV 436 61 Arusianus 222 L. 'desine M.' Ma-  
rius Victorinus 2557 P. Terentianus Maurus 1730 sqq. 63 Macrobius  
VI 1, 35 'non omnia... omnes' idem V 16, 7 Servius eel. VII 23  
64sq. Appuleius apol. 454 65 Nonius 58, 30. 247,27 schol. Hor. carm.  
I 19, 13 66 sq. 'coningis... sensus' Charisius 212 'magieis... sen-  
sus' Arusianus 226 L. 69 Donatus in Ter. Andr. III 2,9 hecyr. 14,3 No-  
nius 289, 11. 528,5 schol. Lucani VI 452, 461. 499 Statii Theb., I 104  
Hor. epod. V 46 Servius Aen. XI 259 'carmina vel e. p.' Probi inst.  
I 5, 1

## VARIA LECTIO.

dium metam. I 292 'acumini cuidam grammatico tribuendum esse' cen-  
set Naekius ad Catonis l.l. sicut Servius legisse videtur, Donati et Pris-  
ciani exempl. Excidisse hic unum versum recte coniecit G. Hermannus:  
proposui in Iahnii ann. l.M. talem: vive tuo felix digno cum coninge,

Nysa. 59 cf. Ciris 301 aerei b1 montef γ 60 cf. Ciris 266 defe-  
ram ut vid. γ1 61 MENALIOS P<sup>c</sup> 62 POE Pab POET Mγ HAECA  
P<sup>A</sup> DMON P DAMAN M damnon be UOSQ<sup>T</sup> M ne sponderit γ  
alphefiboeſ c1 63 posſimus c1 recte, ut videtur: cf. VII 23 64 ALPH<sup>A</sup>  
Pb ALP a ALF γ Elfer (t corr. in f) γ ALTARI P<sup>t</sup> uita γ 65 pin-  
gueſ b1c ETA P 66 MANICES (E corr. in l) P<sup>R</sup> anof (in mg. al fa-  
noſa) γ insanos vertere Schraderus AVERTEGE P avertere testantur  
Charisius et Servius. Sed suspicor interiectionem a separandam esse  
a verbo vertere et scribendum: coningis ut magicis sanos a! vertere  
saeris e. s.: cf. I 15 II 60 X 47 67 nil b HIC m. 2 sup. P 68 in  
mg. λ M DAPHN<sup>RE</sup> M: item 72. 76. 79. 84. 90. 93. 94. 100. 102. 104  
daphnū b 69 ima pag. additus, adposita in mg. B, M DEDVCE P  
deducere (cere in ras.) γ vel lunam caelo d. possunt schol. Statii

- carminibus Circe socios mutavit Ulix; 70  
 frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.  
 ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnium.
- 3 Terna tibi haec priuum tripli diversa colore  
 licia circumdo, terque haec altaria circum  
 effigiem duco; numero deus impare gaudet. 75  
 ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnium.  
 necete tribus nodis ternos, Amarylli, colores;  
 necete, Amarylli, modo et 'Veneris' dic 'vincula necto'.  
 ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnium.
- 1 Limus ut hic durescit, et haec ut cera liquescit 80  
 uno eodemque igni: sic nostro Daphnis amore.  
 sparge molam, et fragilis incende bitumine laurus.  
 Daphnis me malus urit, ego hanc in Daphnide laurum.
- ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnium.
- 3' Talis amor Daphnium, qualis cum fessa invencum 85

## TESTIMONIA.

- 70 inser. Pomp. apud Wordsworthium p. 4 71 Priscianus 811 P.  
 Nonius 311, 7. 382, 24 Pompeius p. 275 L. Diomedes p. 333 P. schol. Lu-  
 cani VI 489 Servius Aen. I 713 'cantando r. a.' Servius in art. sec.  
 Don. 1788 P. Servius Aen. IV 413 73 sq. 'terna . . . circumdo' Donatus  
 in Ter. Andr. V 4, 8 74 sq. 'terque . . . dueo' Servius Aen. IV 508  
 75 'numero . . . gaudet' Priscianus 602 763 P. schol. Hor. carm. III 19,  
 13 Servius ecl. V 66 Aen. III 305 V 78, 639 schol. Leid. ad ge. I 345  
 77 schol. Lucani VI 460 80 Appuleius apol. 454 Priscianus 800 P.  
 Servius Aen. IV 508. 83 Probi inst. I 4, 23 85—88 Macrobius VI 2, 20

## VARIA LECTIO.

- 70 in mg. C M CARMINIB. M CIRCE M mutabit γ mótanit  
 b OLYXIS inser. Pomp. ulixif γa2bc 71 rupiter γ 72 DVCIT m. 2  
 add. P DVOCITE P 73 PRIMVS P TRIPLICE M DIVERSAS P tri-  
 pli circundata filo Donatus 74 hanc Longob. Pierii, quod probavit Wagnerus  
 75 Effigiente inpari b1 GVET P 76 daphni γ 77 TRIB. M  
 78 AMARYLLI P NECTO M VENTO P 79 DVCITE m. 2 sup. P  
 daphnini b daphni c 80 dure. feit 81 Sine interp. M sic] f in  
 ras. γ 82 SARGE P MOLAB P fragile abc LAVROS Pyabc: cf.  
 83 DAPHNI P 84 daphnii a1b 85 DAPHNIX Mb QUALIS  
 QUALIS M qualif sup. c qualef γ1

per nemora atque altos quaerendo hoenla lucos  
propter aquae rivom viridi procumbit in ulva,  
perdita nec serae meminit decedere nocti,  
talis amor teneat, nec sit mihi cura mederi.

ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnium. 90

2' Has olim exuvias mihi perfidus ille reliquit,  
pignora cara sui: quae nunc ego limine in ipso,  
terra, tibi mando; debent haec pignora Daphnimi.

ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnium.

3'' Has herbas atque haec Ponto mihi lecta venena 95  
ipse dedit Moeris (nascuntur pluruma Ponto);  
his ego saepe lupum fieri et se condere silvis  
Moerim, saepe animas imis excire sepulchris  
atque satas alio vidi traducere messis.

ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnium. 100

#### TESTIMONIA.

87 'propter a. r.' Probi inst. I 12,2 Cledonius 1926 P. 88 'ne...  
nocti' Arusianus 224 L. 91 Servius Aen. IV 305 93 'terra t. m.'  
Martianus Capella III 283 Arusianus 247. 95 sq. schol. Hor. epod. V  
12 95 sq. 'has... Moeris' schol. Hor. eam. I 27, 22 96 Marius  
Victorinus p. 2562 P. 97 sq. Servius eel. IX 14

#### VARIA LECTIO.

86 adq; *a* QVAERENDA *P* <sup>o</sup><sub>b</sub>ocula *b* BVCOLA *P* BVCVLA *Myac*  
<sub>PR</sub>

87 RIVOM (O corr. in V) *P* RIUUM· *Myabc* viridi.. *a* GONCVM-  
<sub>V</sub>BIT *P* concubit, al pcūb *γ* ULLA *M* 88 Sine interp. *M* MAEMI-  
NIT *P* memin.. it *a* 89 ENEAT *P* 90 daphnium *a1b* 91 MIII· *M*  
<sub>V</sub>  
92 P.. ignora *c* SI *P* 93 TERRI *P* hinc ut vid. *c1* daphnium *b*  
94 om. *c* daphnium *b* Stropham 95 — 100 collocandam esse post 104  
coniecit G. Hermannus, ut accuratius sibi responderent 47 — 51 (2)  
52 — 57 (3) et 101 — 104 (2) 95 — 100 (3) Quod tamen sententiarum  
nexus dissuadere videtur. 95 ERBAS *P* ADQ· *P* adque *a* LECTE *M*  
96 MOERI· <sup>S</sup>T (punct. m. 2) *P* PLURUMA <sup>1</sup><sub>M</sub> PLURIMA *Pyabc* 97  
AEGO *P* FIERI <sup>o</sup><sub>M</sub> 98 Merim <sup>c</sup> *γ* Moeriu *b* SIMIS *P* exire <sup>c</sup> *b* ex-  
<sub>R</sub> ei.. re *c* SEPVLCHIS *P* sepuleris *γb2* 99 alio, *b* TRADVCE *P*  
MESSES *P**γabc* 100 daphnium *b*

- 2<sup>o</sup> Fer cimenes, Amarylli, foras rivoque fluenti  
transque caput iace, nec respexeris. his ego Daphnium  
adgrediar; nihil ille deos, nil carmina enrat.  
ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnium.  
1<sup>o</sup> Aspice: corripuit tremulis altaria flammis 105  
sponte sua, dum ferre moror, cenis ipse, bonum sit!  
nescio quid certest, et Hylas in limine latrat.  
credimus? an qui amant, ipsi sibi sonnia fingunt?  
parcete, ab urbe venit, iam parcite, carmina, Daphnis.

## TESTIMONIA.

- 101 'fer . . . foras' Servius ge. I 81 Aen. I 389 102 'transque . . ;  
respexeris' Servius Aen. X 226 105 Probs 94, 25 106 'cenis . . sit'  
Nonius 198, 8 108 Donatus in Ter. Andr. V 6, 7 Beda 2376 P. 'cre-  
dimus an q. a.' Maximus Vict. de rat. metr. 2, 1

## VARIA LECTIO.

- R  
101 IVO P 102 NEG P ne. a ne c daphnium b 103 Aggre-  
diar b NIHIL CARMINA MPyale 104 mea dueite carmina c daph-  
nium b 105 sq. post 73 inserit Menag. pr. Admodum ingeniose G.  
Hermannus totam stropham sic refinxit: \*  
Credimus? an qui amant, ipsi sibi sonnia fingunt? 108  
aspice: corripuit tremulis altaria flammis 105  
sponte sua, dum ferre moror, cenis ipse, bonum fit  
nescio quid, certest, et Hylax in limine latrat.  
parcete, ab urbe venit; iam parcite, carmina, Daphnis. 109  
106 bonuf fit γι bonum sit testatur Servius 107 sq. transposuit ed.  
E  
Lipsiensis quis Schraderus quid? — Doeringius CERTEST Pa CERTE  
EST (sed corr. CERTE in CERTI) M certe ē γbc et] ut Schraderus  
HYLAS MPyale ψ Hylax editores 108 OMNIA M fo. nia (o e corr.)  
b figunt a 109 PARITE P IAM CARMINA PARCITE M iam carmine  
parcete (corr. carmina) c DAPHNI M

## IX

## LYCIDAS MOERIS

L. Quo te, Moeri, pedes? an, quo via ducit, in urbem?

M. O Lycida, vivi pervenimus, advena nostri  
quod nunquam veriti sumus) ut possessor agelli  
diceret 'haec mea sunt; veteres migrate coloni.'  
nunc vieti tristes, quoniam Fors omnia versat,  
hos illi (quod nec vertat bene) mittimus aedos.

L. Certe equidem audieram, qua se subducere colles  
incipiunt mollique ingum demittere clivo,  
usque ad aquam et veteres iam fracta cacumina fagos  
omnia carminibus vestrum servasse Menalean.

## TESTIMONIA.

ECL. IX. 1 Probus 6, II K. Beda 2381 P. Priscianus 1200 Boethius p. 324. 561 ed. Bas. 'quo te ... ducit' Charisius 192 'quo te M. p.' Maximus Viet. de rat. m. V 2 Diomedes III p. 440 G. 2 'o Lycida'  
Probi inst. I 4,22 'o...: pervenimus' Servius ge. IV 252 Aen. XI 160  
'advena n.' Probi inst. I 4, 4 — 2—4 'advena ... coloni' Macrobius IV 6, 7 5 'nunc ... omnia' Probi inst. I 10, 4 'quoniam ... versat'  
Servius Aen. I 377 6 Donatus in Ter. Phorm. IV 3, 73 Nonius 348, 17  
Servius Aen. IV 647 7—10 Quintilianus VIII 6, 46 7 sq. 'qua ...  
clivo' Nonius 347, 6 'qua ... incipiunt' idem 400, 3. 9 comm. Cruq.  
Hor. epist. II 2,170. 10 'carmenibus v. s. M.' Probus 71, 1 K.

## VARIA LECTIO.

ECL. IX. Cf. Iahnii ann. l.l.73sq. LYCIDAS MOERIS P LYCIDA MOE-  
RIS Mb LYCIDAS-MOERIS-DE AGRIS ē quest' ē γ DE QVESTIONE POE-  
TAE DE AMISSO AGRO LICIDA MOERIS ac 1 timori a1 ORBEM (O corr.  
in V) P 3 QUOD MPabc, Servii et Macrobi exempl., tueretur Lachmannus  
in Luer. 367 Qd (d in ras.), in mg. a1 qua γ quo ζ POSSESOR P ag-  
gilli c 5 uic. ti b tristis ad Fors relatum Probi inst. cod. fors om.  
Probi inst. cod. fors ζ, Servii exempl. (sed cf. ad Aen. I 377) 6 QVOT  
P QUOD M VERTAT BENE P bene uertat γ bene uertat m, Servii,  
Donati, Nonii exempl. aedos Nonii exempl. HAEDOS MPyab hedof e  
e V

7 Certe quidem ab QUAE M 8 INCIPIANT P dimittere ζ Nonii  
exempl. 9 VETERIS Pyabc FAGI Pabem Quintiliani exempl., comm.  
Cruq.: cf. II 3 fagi, in mg.: a1 fagi of γ 10 carnibuf c SERVASE P  
MENALCA. M

- a *M. Audieras: et fama fuit; set carmina tantum  
nostra valent, Lycida, tela inter Martia, quantum  
Chaonias dicunt aquila veniente columbas.*  
*quod nisi me quacumque novas incidere lites  
ante sinistra cava monisset ab ilice cornix,* 15  
*nec tuus hic Moeris nec viveret ipse Menalcas.*
- a *L. Heu, eadit in quemnam tantum scelus? heu, tua nobis  
paeue simul tecum solacia rapta, Menalca?  
quis caneret nymphas? quis humum florentibus herbis  
spargeret, aut viridi fontes induceret umbra?* 20  
*vel quae sublegi tacitus tibi carmina imper,  
cum te ad delicias ferres Amaryllida nostras:*
- b *Tityre, dum redeo (brevis est via) pasce capellas,  
et potum pastas age, Tityre, et inter agendum  
occurrare capro (cornu ferit ille) caveto.* 25

## TESTIMONIA.

11 'audieras . . . fuit' Martianus Capella III 322 Probi inst. I 7, 3  
Asper innior 3 p. 1726 P. 12 sq. 'quantum . . . columbas' Servius  
Aen. II 691 14 'quod nisi me q.' Probi inst. I 10,3 14—16 Probus  
6,6 K. 15 Servius Aen. XII 246 'ante . . . monisset' Probi inst. I 11,2  
16 Priscianus 1095, 1103. 17 'heu . . . scelus' Donatus in Ter. Andr.  
I 5,10 21 Nonius 332, 28 Arusianus p. 262 L. Servius Aen. X 79 'vel  
. . . tacitus' schol. Hor. serm. I 3,117. 23—25 Gellius IX 9 23 de  
orthogr. 2784 P. Servius eel. I 28 24 Paulus Festi 23 M. (agere) 'et  
potum p. a.' Priscianus 864 P. 24 sq. Priscianus 823 P. 'inter . . .  
caveto' Arusianus 238 L. 25 'eornu . . . caveto' Nonius 311, 14

## VARIA LECTIO.

- 11 audieras] S eras. P AUDIERA M audieras? Wagnerus SED  
Myab, sup. c TVMANTVM P 12 lyda a mertia b1 13 Cha.onias  
b 14 quod] et Probi inst. QVOCVMQ. P quaecumq; at qua γ quaf-  
cumque Probi Vat. Par. nouas (nou in ras.) b componere Probus:  
cf. III 108 15 eau. b LICE P 16 MENALCAN P 17 LYC om. γ  
CADET Pb quē. quā (n eras. ut vid.) γ 18 folatia b1c 19 caneret  
filuaf (et silu in ras.) b VMVM P hum. b1 HERBVS P ΘRBIS M  
P di 20 SARGERET P aut] et b1 uiridif a1 uiri b fontif a1 21 vel] nam  
Nonii exempl. QVE P que, (e. m. 2) b sublege b1 23 ES P 24 PO-  
TUM:..PASTAS (cum vestigiis literae E in rasura) M 25 CAPRE M  
capra c cornu] O corr. ex V P FERIT (I corr. ex E) M ferit, at pe-  
rit γ petit b

- M. Immo haec, quae Varo needum perfecta canebat :  
 b 'Vare, tuum nomen, superet modo Mantua nobis,  
 Mantua vae miserae nimium vicina Cremonae,  
 cantantes sublime ferent ad sidera cyeni.'
- c L. Sic tua Cyrneas fugiant exagmina taxos, 30  
 sic cytiso pastae distendant ubera vaccae:  
 incipe, siquid habes. et me fecere poetam  
 Pierides, sunt et mihi carmina, me quoque dicunt  
 vatemi pastores; set non ego credulus illis.  
 nam neque adhuc Vario videor nec dicere Cinna 35  
 digna, set argutos inter strepere anser olores.
- d M. Id quidem ago et tacitus, Lycida, mecum ipse voluto,  
 si valeam meminisse; nequest ignobile carmen.

## TESTIMONIA.

27—29 Iulius Rufinianus 235 R. 28 Macrobius IV 6, 18 Servius  
 Aen. II 311 Servii vita 30 Priscianus 1020, 1023, 1242, 1247 P. Alcuinus  
 gramm. 2124 P. Servius ge. IV 47 'Cyrneas taxos' Isidorus orig.  
 XIV 6, 42 34 'sed . . . illis' Arusianus p. 220 L. 35 sq. 'nam . . .  
 digna' Aeron ad Hor. carm. I 6, 8 37 Nonius 246, 20. 420, 23

## VARIA LECTIO.

26 Sine personae nota M IMMOTERQ-BARO M ua. ro c needū  
 (ee in ras.) b PERFACTA P perficiab1 CANEBAM P canebāt γ 27 VE-  
 RE P BAREM M G-PIANT SUPERENT M superent a1 MODV (V corr.  
 in O) P MANTEA (E eras.) P MANUΛ NOBIS · || N ΘBIS M: cf. Lach-  
 manus in Lucr. 181 28 UE Mγa MISERE P MISERE M CREMONE MP  
 L

29 SVBIME P sublimine γ1 sublim.. e γ2: cf. Iahnii annal. LXXVII 186  
 FERENT P ferant γ ferunt Jul. Rufin. exempl. cieni (eu in ras.) b egnic  
 R

30 sua Alcuinus cyrnaef (yr in ras.) b cyrineaf a1, Mentel. pr. CY:-.  
 NEAS (eras. R vel B vel C) M grineaf c GRYNAEAS P gryneaf γym grynaef,  
 grineaf et similia Prisciani q̄ Cyrneas Servius EXAC-MINA M EXAMINA  
 Pyabc 31 CYTHISO Pyb cythiso (y in ras.) c parte c DESTEN-  
 DANT P1b1 distanti a1 32 QVIT (T corr. in D) P QUIT Ma 34 VA-  
 TEN P SED Mγabc CREDVLVLVSILIS P 35 uario om. γ1 VARO  
 Ma2bem 'non nulli sane Alfenum Varum volunt.' Servius Vario testatur  
 schol. Hor. 36 SED Pyabc 37 IT P LYCLYDACVM (LYC eras.) P LY-  
 CIDAMMECUM M 38 NEQ-EST MPbc neqest a2 nec est a1

'huc ades, o Galatea; quis est nam ludus in midis?

hic ver purpureum, varios hic flumina circum 40  
fundit humus flores, hic candida populus autre  
imminet, en lenta texunt umbracula vites:  
huc ades; insani feriant sine litora fluctus.'

d L. Quid, quae te pura solum sub nocte canentem  
audieram? numeros memini, si verba tenerem. 45

'Daphni, quid antiquos signorum suspicis ortus?  
ecce Dionaei processit Caesaris astrum,  
astrum, quo segetes gauderent frugibus et quo  
duceret apricis in collibus uva colorem.

insere, Daphni, piros; carpent tua poma nepotes.' 50

e M. Omnia fert aetas, animum quoque; saepe ego longos

## TESTIMONIA.

39 'huc . . . Galatea' Cledonius 1924 Augustinus de gramm. 2009  
P. 40 sq. 'varios circum Fundit h. f.' Probus de nom. 52 p. 222  
Endl. 40 'hic . . . varios' Claudius Sacerdos 84 p. 26 Endl. 41 sq. 'hic  
candida . . . vites' Macrobius VI 4, 8 42 'et lenta . . . vites' Isidorus orig. XVII 7, 51 'texunt u. v.' Claudius Sacerdos 84 p. 26 Endl.  
43 Nonius 465, 9 'insani . . . fluctus' Servius Aen. II 776 45  
'numeros . . . tenerem' Iulius Rufinianus 249 R. Priscianus 1167. 1174.  
1176. 1190 Quintilianus IX 4, 54 Marius Victorinus p. 2484 P. Nonius 353, 2. 524, 14 Isidorus orig. I 38, 3 Servius Aen. III 446 IV 335  
VI 646 IX 776 XI 599 'numeros m.' Servius ecl. VII 69 47 Servius Aen. I 287 III 158 VI 791 Aeron ad Hor. carm. I 12, 47 schol. Lucani VII 458 Augustinus de consensu evang. I 32 'ecce d. p.' Probi inst. I 9, 6  
47 sq. 'ecce . . . frugibus' Aeron ad Hor. carm. IV 15, 5 48 sq. Nonius 284, 5 49 Servius Aen. V 128 Aeron ad Hor. carm. III 18, 2 50 Nonius 252, 7 schol. Hor. epod. II 19 51—54 'omnia . . . ipsa' Augustinus epist. 72  
51 Marius Plotius p. 295 G. 'omnia . . . quoque' Donatus in Ter. Andr.

## VARIA LECTIO.

39 gelathea b	nā. b	lufuf	ut vid. γ1 ludif γ2b	v	PVR
T	E			40	PVREVM P
eu] E	P ET ceteri	LEN TA	P LENTAE (sed Lm. aliena) M	43	HVNC P
in	b meani	Bentleius ad Lucan. II 673	insani tuentur Servius et Nonius		
R	A				

FEIANT P 44 QVIT P QVE P 45 TENERAM (A corr. in E) P 46 sqq.  
continuat Lycidae M<sub>y</sub>, Moeridi tribuit cum ceteris P, quo inde a versu  
30 hic stropharum ordo existat: 7. 7. 2. 10. 10. 2 QVIT (T corr. in D)  
P anticos γb fuseipit (in mg. al suspicif) γ1 47 DIONEI M<sub>y</sub> bc DIO-  
NE<sup>1</sup> P procedit schol. Lucani 48 segetis Nonii libri: cf. Lachman-  
nus in Lucr. 57 gauderent frugibus] TF semieras. P QUOD M  
50 piruf bI carpen γa 51 MOE M<sub>y</sub>, eidem continual cum ceteris P  
SETAS (S pr. eras.) P fers, aetas?

cantando puerum memini me condere soles:  
nunc oblita mihi tot carmina; vox quoque Moerim  
iam fugit ipsa; Iipi Moerim videre priores.

set tamen ista satis referet tibi saepe Menalcas. 55

- e L. Cansando nostros in longum ducis amores.  
et nunc omne tibi stratum silet aequor, et omnes,  
aspice, ventosi ceciderunt murmuris aurae.  
hinc adeo media est nobis via; namque sepulchrum 60  
incipit apparere Bianoris: hic, ubi densas  
e agricolae stringunt frondes, hic, Moeri, canamus;  
hic aedos depone, tamen veniemus in urbem.  
aut si, nox pluviam ne colligat ante, veremur,  
cantantes licet usque minus via laedit eamus;  
cantantes ut eamus, ego hoc te fasce levabo. 65

## TESTIMONIA.

I 1, 115 eomm. Crnq. Hor. epist. II 2, 55 art. poet. 175 ‘omnia f. a.’ Maximus Viet. de carni. her. 6 Servius Aen. XII 285 schol. Lucani III 729 51 sq. ‘saepe . . . soles’ Beda 2345 de orthogr. 2800 schol. Lucani III 401 52 Agroetius de orthogr. 2268 P. Aeron ad Hor. carm. IV 5, 29 53 ‘nunc . . . carmina’ Arusianus 249 Servius Aen. IV 221 53 sq. ‘nunc . . . fugit’ Priscianus 792 P. ‘vox . . . priores’ Donatus in Ter. adelph. IV 1, 21 ‘vox . . . ipsa’ Probi inst. I 17, 6 56 Probi inst. I 7, 3 57 ‘et nunc omne . . . aequor’ Nonius 389, 13 58 Probi inst. I 4, 19 Aeron ad Hor. carm. III 29, 24 59 sq. ‘namque . . . Bianoris’ Servius Aen. X 198 60 sq. ‘hic . . . frondes’ Nonius 103, 2 Servius ge. I 316 eomm. Crnq. Hor. serm. I 2, 8 61 ‘agrieolae s. f.’ Servius Aen. I 552 62 Nonius 406, 7 63 Servius Aen. I 143 65 ‘ego . . . levabo’ Nonius 312, 19. 336, 21 Servius ge. III 347 Alciuius gramm. 2122 P.

## VARIA LECTIO.

- 52 puerum] solitum Agroetius longos Aeron ducere, in mg. at  
ēdere, γ 53 oblita] A m.2, pr. m. non liq. P vox c QUOD MOERIM M  
Moeri γ mori b 54 iam fugit ipsa] ipsa fugit Prisciani exempl. MOE-  
RIN P MOEREM (E alt. corr. in I) M 55 SET PIγc SED MP2ab  
56 nostros] ST in ras. P NOSTRO M 58 CAECIDERUNT M mar-  
moris irae Trillerus misc. Lips. nov. T. VII p. II: cf. Oudendorpius ad  
Sueton. p. 1023 59 IIC P MEDIAESTF M iam a SPVLCHRVM  
P SEPULCRUM My 60 INCIPIET (incipit?) M BIANORI P VI P  
61 ACRICOLE P frondes] E corr. ex I P moere b1 62 HEDOS  
Mc haedof ab 63 collegat c MEREMVS P 64 cantantes] A post  
in ras., m. 1 E vel I P Cantef b laedet γ2bc

f M. Desine plura, puer, et quod nunc instat agamus:  
carmina tum melius, cum venerit ipse, canemus.

## X

## G A L L V S

- a 1 Extremum hunc, Arethusa, mihi concede laborum:  
pauca meo Gallo, set quae legat ipsa Lycoris,  
carmina sunt dicenda: neget quis carmina Gallo?
- 2 sic tibi, cum fluctus supterlabere Sicanos,  
Doris amara suam non intermisceat undam: 5
- 3 incipe; sollicitos Galli dicamus amores,  
dum tenera attendent simae virgulta capellae.  
non canimus surdis, respondent omnia silvae.

## TESTIMONIA.

ECL. X. Cf. Ammianus Marcellinus XVII 4 1 Servius Aen. VIII 40  
ecl. III 1 VII 21 2 'sed . . . Lycoris' Servius Aen. VIII 642 4 sq. Se-  
neca nat. quaest. III 26, 6 Servius Aen. III 694 8 Servius ge. III 45

## VARIA LECTIO.

66 *Sine personae nota M* L PURA P PUER QUOD NUNC M  
ET & NVNC QVOD NVNC P nunc quod nunc (*prius nunc eras.*) c et nunc quod a

ECL. X. CONQVAESTIO DE AGRIS CVM GALLO CORNELIO P, item (om. CORNELIO) b CONQVESTIO CVM GALLO POETA DE AGRIS M POETA AD GALLUM De amore GALLI CONSOLATIO γ INCIPIT EGLOGA DECIMA DE DESIDERIO GALLI CIRCA VOLVMNIĀ CYTHERIDĒ MERETRICĒ ˜. LICORIDĒ DICIT ˜QVESTIO DE GALLO DE AGRIS c INCIPIT EGLOGA DECIMA DE DESIDERIO GALLI CIRCA VOLVMNIAM CYTHCIDEM MERETRICEM QVM LICORIDEM DICIT CONQVESTIO CVM GALLO DE AGRIS ba POE Pa POET My POETA b *Stropharum structuram ex-*  
*posui l. l. 69 sqq.* 1 EXTREMVM CUM M LABORVM P LA-  
BORĒ Myabcψ, Servii exempl. 2 Post Lycoris graviter distingui iu-  
bet Wagnerus sed bc fe<sup>d</sup> a que γ licorif γ 3 fut<sup>n</sup> b 4 SVBTER-  
LABRE P subterlabere γabc ficanof γ 6 GALLI(G corr. ex C) P 7  
VENERA suprascriptis signis quibusdam, qualia respiciunt notas ex-  
tantes in mg. inferiore, M adtondent bc SIMA P fimeae c

- A 1 Quae nemora aut qui vos saltus habuere, puellae  
naides, indigno cum Gallus amore peribat? 10
- 1 nam neque Parnasi vobis inga, nam neque Pindi  
ulla moram fecere, neque Aoniae Aganippe.
- 2 illum etiam lauri, etiam flevere myricae,  
piñifer illum etiam sola sub rupe iacentem  
Maenalus et gelidi fleverunt saxa Lycae. 15
- stant et oves circum (nostrī nec paenitet illas:  
et formosus ovis ad flumina pavit Adonis),  
venit et upilio, tardi venere subulei,  
nec te paeniteat pecoris, divine poeta 18
- 
- 17

## TESTIMONIA.

10 'naides i.' Probi inst. I 5, I 11 Quintilianus IX 3, 18 11 sq.  
'nam . . . fecere' Macrobius VI 6, 12 schol. Lucani I 674 12 Charisius 3. 4 Marius Victorinus 2474 P. (36 G.) Beda 2376 P. Probi inst. I 15  
'neque A. A.' Marius Victorinus 2471 P. (31 G.) 'Aoniae A.' Cleodnius 1884 P. 13 Charisius 110 16 schol. Hor. cāim. I 28, 20 'nostrī . . . illas' Arusianus 254 19 Terentianus Maurus 1191 Caper 2250 P.

---

## VARIA LECTIO.

9 <sup>ne</sup> mora c	QVIOS P	10 Hinc redit R	PERIRET M periret γ2α2bc	BA
v				
II PHARNASH P				jouiſ (u corr. in b) γ
12 m.. orē (e corr. in a) γ				
AONIAE MRγ, grammatici uno ore omnes excepto Servio, qui Aonia (vel Aonie) Aganippe nominativos singulares esse monet. AONIE PbI aonie acχ AGANIPPE R, Servius, cod. Probi ACANIPPE (C corr. in G) P AGA-				
NIPSE M Aganippae Charisii ceterorumque grammaticorum exemplaria: unde vel Aoniae Aganippe vel Aoniae Aganippae vel Aonie Aganippe editiones 13 ILLVMFLEVERE R illum fleuere a etiā fleuere (etiā m. rec. in ras.) γ illum etiam fleuere Longob. MYRICAĒ (rubro col. sup.) M				
miricæ b1 miricæ b2 14 PINNIFER Ra1b1 15 MENALUS M				
16—18 transposuit post v. 8 Scaliger in Virg. eel. X Dorice redditu: interpolati videntur Hitzigio 16 PAENITEAT P PENITET My 17				
TAE P PENITAEAT (Apr. eras.) P DIVINÆ M diuinæ γ POETA				
(rubro col. sup.) M poetæ γ1 18 formosus γc ouif suprascer. e ouef				
γ1 19 et (t e corr., fort. ex u) γ UPILIO MRa1 Servius upilio (u corr. in o) b OPHLL-I0 (0 pr. corr. in V, P del., litera tertia corr. in P) P				
opilio (sed o pr. fort. e corr.) γ opilio a2χ Caper, qui 'opilio, non upilio' monet . opilio c TARDE P: fortasse tardei voluit. DARI M bubulci				

- uvidus hiberna venir de glande Menalcas. 20  
 3 omnes 'nde amor iste' rogan 'tibi?' venir Apollo:  
 'Galle, quid insanis?' inquit, 'tua cura Lycoris  
 perque nives alium perque horrida castra secutast.'  
 4 venit et agresti capit is Silvanus honore  
 florentis ferulas et grandia lilia quassans. 25  
 4' Pan deus Arcadiae venit, quem vidimus ipsi  
 sanguineis ebuli bacis minioque rubentem.  
 3' 'ecquis erit modus?' inquit. 'Amor non talia curat:  
 nec lacrimis crudelis Amor nec gramina rivis  
 nec cytiso saturantur apes nec fronde capellae.' 30  
 A' 1 tristis at ille 'tamen cantabitis, Arcades' inquit  
 'montibus haec vostris, soli cantare periti

## TESTIMONIA.

thesaurus nov. latin. I. I. 525 'nil aliud plerique callebant quam Vergilianus upilio seu bubsequa' Appuleius Florid. I, 3 'vir ultra Vergilianos upiliones et bubsequas rusticaneus' idem apologia p. 416 20 Marius Victorinus 2475 P. (38 G.) schol. Hor. carm. IV 5, 40 schol. Lucani II 71  
 23 Probi inst. I 17, 3 24 Servius ge. I 20 26 'Pan . . . venir'  
 Servius ecl. VIII 24 27 schol. Lucani IX 916 28 'amor . . . curat'  
 Priscianus 1175 31 Nonius 409, 11 32 sq. 'soli . . . Arcades' Aruanianus p. 252 L.

## VARIA LECTIO.

*fortasse Appuleius: Pierius secundum Theocritea I 80. subulei testatur  
 Servius 20 HVVIDVS P VMIDVS R (item umidus pro uvidus R ge. I 418)*

iberna γ 21 Post omnes et tibi distinguitur in M 22 INIS R  
 23 PERQVAE R NIVÈ P PERQVAE R SAXA P SECVTAST SAN  
 (e eras.) R SECUTA ST Ma SECVTAEST Pybe 24 HONERE M 25  
 FLORENTES PRA FERYLAS R GRÈDIA P candida b1 26 ar-  
 chadie c euennit γ 27 rubente schol. Lucani 28 ETQVIS Ryabc,  
 et T corr. in C P NEC Ra1 29 RIPIS M 30 CYTHISO MP citifo  
 (pr. corr. in γ) γ citifo c SATYRANTVR (Y corr. in V) P 31 Post  
 ille distinctum in P: 'alii tamen superioribus iungunt, sed melius, ut sic  
 legamus: tamen cautabitis' Servius archadef c 32 NOSTRIS P  
 urif b VESTRIS MR urif γc

## TESTIMONIA.

34 'meos . . . amores' Nonius 357, 31    35 Probi iust. I 6, 1    'at-  
que . . . unus' Probi inst. I 9, 6    37 'certe s. m. P.' Probi inst. I 9, 11.  
10, 2    42 sq. Iulius Rufuiianus 231 R    43 'tecum c. a.' Acron ad  
Hor. carm. III 9, 24    44 'nunc i. a.' Servius Aen. II 343

VARIA LECTIO.

	V	E C	
33 archadef c	TAM P	QVISSANT P	35 ADQVE Ra VO-
VNVs			SA
BIS M	nostri Probi inst.	36 GREGIVT P	vinator] V m. 2,
		II	
0 corr. ex V, P	37 PHYLLIS P PYLLIS M	38 om., inter lin.	
add. a QVIT P	fuscaf (fuscata?) c	39 sq. interpolati videntur Hitzigio	
	A	A	
39 NIGRE P	VIOLE P	SVNT M	VACCINNIA P 40 SALI-
	A	A	T
CES M balicif b1	uitae γ	IACERES (S eras.) Py	IACERES M 41
S		II	
GERTA P	PHYLLIS P PYLLIS My.	Post v. 41 talem fere versum	
excidisso suspicatus sum in Iahnii annal. LXXV 70: o utinam hic po-			
tius tute esses ipsa, Lycorei, qui nescio an probabilius etiam hac forma			
exhibeatur: o utinam hic esset potius mecum ipsa Lycoris. Fieri enim			
potuit, ut huius exitus memoria servaretur eorum librariorum errore,			
qui ex alio exemplari corrigerent v. 42: LYCORIS MP liquori c			
	A		
44 AMOR M	ERMIS (E eras. et transf.) P	45 MEDIA M	ADQVE
Ra	HOSTIS Rya1c1		

- 4 tu procul a patria (nec sit mihi credere tantum  
 . . . . .  
 3' Alpinas a dura nives et frigora Rheni  
 me sine sola vides. a, te ne frigora laedant!  
 a, tibi ne teneras glacies seget aspera plantas!  
 B 1 ibo et Calchidico quae sunt mihi condita versu 50  
 carmina pastoris Siculi modulabor avena.  
 2 certum est in silvis inter spelea ferarum  
 malle pati tenerisque meos incidere amores  
 arboribus: crescent illae, crescentis amores.  
 3 interea mixtis lustrabo Maenala nymphis, 55  
 aut acris venabor apos. non me ulla vetabunt  
 frigora Parthenios caubus eirenum dare saltus.

## TESTIMONIA.

- 46 'nec ... tantum' Arusianus p.229 L. 48 'me . . . vides' Servius Aen. IV 82 'a te . . . laedant' schol. Lucani VI 328 Pompeius p.38 L.  
 49 Priscianus 1024 P. Aleuini gramm. 2083 P. 50 cf. Quintiliani X 1, 56 'ibo . . . carmina' Servius eel. VI 72 52 'spelea ferarum' Macrobius V 17, 15 52 sq. 'certum est . . . pati' schol. Lucani IX 262 54 'crescent... amores' Donatus in Ter. Andr. III 3, 7

## VARIA LECTIO.

- 46 Post patria interp. MP nec] ne Arusiani Gudianus SIG M  
 nec sit mihi credere tantum] 'ordo est: tu tantum procul a civitate . . .  
 et per parenthesis dictum est: nec sit mihi credere.' Servius. Immo ex-  
 cidiisse unum versiculum putamus, qualem l. l. proposuimus: posse ne-  
 fas fieri) sine me tu sola, Lyeori, 47 Alphinaf e 48 ah (h in ras.) b  
 E LAEDA T  
 LADANT P RHENT (eras. HE) M 49 tibi ne] mihi non Alcuinus  
 te tibi γ NE suprascr. m.2 P NE TENERAS ΝΕ M SACET P fecat  
 b1 fece& γ plantef b 50 CALCHIDICO MPb2 CALCIDICO Rab1 cal-  
 eidico γ VERSVM M 51 eamina γ medullabor γ 52 SILVIS- M  
 spelea (lea in ras.) γ spolia Parisinus Macrobius spelaea vulgo 53 MOB P  
 ineedere γ 54 ILLEM CRESCENTIS R eref... centef (heras.) γ  
 c 55 mixtuf c MENALA Mγ SILVIS Rb 56 AGRES M VLLANTE-  
 TABVNT P 57 FRIGORA- M PARTHAENIOS M

- iam mihi per rupes videor Iucosque sonantis  
ire, libet Partho torquere Cydonia cornu
- B' 1 spicula. tamquam haec sit nostri medicina furoris, 60  
aut deus ille malis hominum mitescere diseat.
- 2 iam neque amadryades rusum neque carmina nobis  
ipsa placent; ipsae rursus concedite silvae.  
non illu nostri possunt mutare labores:
- 3 nec si frigoribus mediis Hebrunque bibamus, 65  
Sithoniasque nives hiemis subeamus aquosae,  
nec si, cum moriens alta liber aret in ulmo,  
Aethiopum versemus ovis sub sidere cancri.  
omnia vincit Amor: et nos cedamus Amori.'
- a' 1 Haec sat erit, divae, vestrū Cecinisse poetam, 70

## TESTIMONIA.

57 cf. Servius ge. I 110 59 sq. 'Partho... spicula' schol. Hor. carm. IV 9, 17 67 'alta... ulmo' Probi inst. II 1, 25 Servius Aen. XI 554  
68 Servius Aen. V 628 eel. II 11 'Aethiopum v. o.' Servius Aen. XII  
664 69 Macrobius Sat. V 14, 5 Charisius 3, 5 Diomedes 424 P. Marius Victorinus 2475 P. (35 G.) Sergius 1830 P. Alenini gramm. 2085 P. Beda 2353 P. Mallius Theodorus de syll. 530 G. Maximus Victorinus de rat. metr. 3, 1 Servius Aen. III 464 IV 697 'omnia v. a.' Macrobius Sat. V 16, 7 Probi inst. I 14, 3 Nonius 416, 6. 526, 33 Maximus Victorinus de carm. her. 6 Servius eel. II 31

## VARIA LECTIO.

- 58 Iueuf γι SONANTES M 59 IRE LIBET· M cidonia c CY-  
CY DONEA Ryb1 RHODONEA M 60 MQVAM P fit supraser. c SINT M  
61 ILLE· M homine b 62 Nam b NEC Rb AMADRYADES Ry  
D E R. S.  
AMARYADVS P AMATDRYADES M Hamadryades vulgo DRVSVM (D  
transf. hasta rubra) M RURSUS PRybc NEQVE P NEC MRYbc: cf.  
Wagneri quaest. Verg. XXXII 5 63 RURSUSM M 65 MEDIS P  
bibamus] US col. rubro M 66 Shitonias b1 NIVES· M QVOSAE P  
AQUOSAE (OS col. rubro) M 67 cōm γ MORIENS· M Post 67:  
SEMQVICVMQVEFVROR· QVIDTVMIHVFVSCYSAMYNTAS (38) P ima pagina  
E  
68 VERSVMVS P OVIS Mb1c1 OVES PR ouef γ caneri] CRI  
col. rubro M 69 VINCT P VINCET M VICT R Amori] I col. rubro M  
70 POETA c HAES M poetam] T col. rubro M

- dum sedet et gracili fiscellam texit ibisco,  
Pierides: vos haec facietis maxima Gallo,  
2 Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas,  
quantum vere novo viridis se subicit alnus.  
3 surganus, solet esse gravis cantantibus umbra, 75  
imperi gravis umbra, nocent et frugibus umbrae.  
ite domum saturae, venit Hesperus, ite capellae.

## TESTIMONIA.

72 sq. Quintilianus IX 3, 44 Iulius Rufinianus 232 R 74 Nonius  
169, 3, 387, 15 'vere n.' Servius Aen. III 591 76 'nocent . . . uni-  
brae' Servius ge. I 122 77 Terentianus Maurus 1924

---

## VARIA LECTIO.

71 ET *m. rec. sup. R* FISCELLAM (E corr. ex I) *P* IBISCO *P*  
IBISCO *M* *b* IBISCO (corr. m. ant.) *R* 73 AMOR *M* HORAS (HOR  
col. rubro) *M* HORA *P* 74 SVBDVCIT *R* [alnus] US col. rubro *M*  
tan  
75 cantibus *b* 76 in aliquot cod. antiquis Pierii desideratur  
VMBRAS (A col. rubro, S transf. hasta rubra) *M* 77 ESPERUS *M*,  
hefperef *vf* *γ*


---



P. VERGILI MARONIS

G E O R G I C A

---



P. VERGILI MARONIS  
G E O R G I C O N  
LIBER PRIMVS

Quid faciat laetas segetes, quo sidere terram  
vertere, Maecenas, ulmisque adiungere viteis  
conveniat, quae cura boum, qui cultus habendo  
sit pecori, apibus quanta experientia pareis,

TESTIMONIA.

GEORG. I. 1—4 Probus p. 26, 5 K. 1 Columella X 3 schol.  
Lucani V 408 VII 403 ‘quid... segetes’ Servius Aen. III 142 VII  
526 Cassiodorus 2287 P. 1 sq. ‘quo... Maecenas’ Servius Aen. IV  
309 Probi ars minor 207 E. 3 sq. ‘quae... pecori’ Philargyrus ge. IV  
223 4 Beda de metris 2376 P.

VARIA LECTIO.

P UERGILI MARONIS || BUCOLICON · LIBER EXPLICIT ||  
INCIPIT GEORGICON LIB. I · FELICITER M (*Reliquam subscriptionem descriptissimam in prolegomenis*) BVCOLICOÑ || GEORGICON LIB. I P  
VERGILI · BVCOLICA EXPLIC. || INCIPIT GEORGIC - R P. VERGILI  
MARONIS BVCOLICA EXPLICIT || INCIPIT GEORGICA LIBER. I. G  
INCIPIT GEORGICON LIBER PRIMVS INCIPIT CARMEN TETRASTICON  
OVIDII NASONIS (*sequuntur quatuor versus, quos vide in prolegomenis*) γ  
VIRGILII MARONIS BVCOLICON LIBER PRIMVS || EXPLIC. INCIP.  
CARMEN TETRASTICON OVIDII AVSONIS (*sequuntur alii quatuor versus, quos vide in prolegomenis*) e P. VIRGILII MARONIS BVCOLICON  
EXPLT. TETRASTICON OVIDII (*cum versibus eisdem ac in e*) b  
NA

GEORG. I. 1 LAETA (S m. 2) Pb 2 VETERE (R m. 2) P MOE-  
GENAS M VITEIS, sed eraso I ante S, P utilif e VITES MRyb 3  
bo.ū b quis Philargyrus 4 PECORI APIBVS (m. rec. sup.) R  
APIB. M (sed ita similia saepissime, quae non enotari)

hinc canere incipiam. vos, o clarissima mundi  
lumina, labentem caelo quae ducitis annum,  
Liber et alma Ceres, vestro si munere tellus  
Chaoiam pingui glandem mutavit arista,  
poculaque inventis Acheloia miscuit uvis;  
et vos, agrestum prae sentia munina, fauui,  
ferte simul fauique pedem dryadesque puellae:  
munera vestra cano. tuque o, cui prima frementem  
fudit equum magno tellus percussa tridenti,

## TESTIMONIA.

5 sq. 'vos... annum' Appuleius de deo Socr. I 5—7 'vos... Ceres' Probus 26, 10 K. Aerou ad Hor. carm. saec. I 6sq. 'vos quoque, inquit, labentem... Ceres' Macrobius Sat. I 16, 44 6 'labentem... annum' Probi inst. I 7, 3 7—9 Macrobius Sat. V 18 7 'Liber et a. C.' Probi inst. II 1, 25 Macrobius Sat. I 24, 3 Terentianus Maurus 1140 'alma C.' Isidorus orig. I 36, 12 'vestro si m. t.' Aerou ad Hor. carm. III 18, 5 Servius Aen. V 64 7 sq. 'vestro... arista' Probus 26, 18 K. Servius ecl. V 79 Macrobius Sat. I 18, 23 8 Servius ge. I 149 Porphyrius ad Hor. carm. I 17, 1, 29, 16 9 Probus 26, 31 K. Servius Aen. VI 659 10 Probus 27, 15 K. Aerou ad Hor. carm. IV 14, 43 11 Macrobius Sat. V 17, 16 Donatus in Terent. Andr. IV 5, 13 'ferte simul dryadesque' Terentianus Maurus 1140 'dryadesque p.' Probus 27, 27 K. 12—14 'tuque... Neptune' Probus 28, 1 K. 12 sq. Servius in Aen. I 1, 541 12 Terentianus Maurus 1141 13 'percussa t.' Terentianus Maurus 1194

## VARIA LECTIO.

N  
5 HIC (m. 2 sup.) P 0 m. 2 sup. P 6 'muina fuit, sed emenda-  
vit ipse' Servius qui Probi inst. cod. 7 Liber et alma Ceres con-  
iungunt cum superioribus Servius Probus Macrobius Aerou, fortiore  
interpunctione inde separant recentiores, freti maxime Varronis de re  
rust. I 1, 5

UESTRO SIT MVNERE M uel tro summure γ vestro si  
munere Servius Aerou Macrobius vestroque in munere Probus: 'for-

tasse vestro quia munere' Keilius 8 CHAONEM (m. 2 sup.) P Chao-  
nia γ VTAVIT P ARISTAM M 9 PEGLA (E eras., 0 m. 2) P  
M O V

ACHELOI A M achaeloia γ OVIS M 10 et] VT, sed V corr.  
m. 2 in E, ut vid. P 11 driuadef (ueras.) γ driu. def c 12 0 m. rec.  
sup. R furentem Servius Aen. I 1 13 FVNDET P, Servius in Aen.  
I 1 Fu. dit b EQVOM γ et 0 m. 2 corr. in V P EQVM R ECVM M  
equum b aequum c 'fudit equum antiquissimi libri, fudit aquam ple-  
riique habuerunt' Servius. 'in Cornel. equum, in authentico aquam,  
ipsius manu equum' idem. fudit equum Probus mano, corr. in mago γ  
tridentem γ I

Neptune; et cultor nemorum, cui pingua Ceae  
ter centum nivei tondent dummeta iuvenci; 15  
ipse nemus linquens patrum saltusque Lycae  
Pan, ovium custos, tua si tibi Maenala curae,  
adsis, o Tegeae, favens, oleaeque Minerva  
iuvatrix, unciique puer mostrator aratri,  
et teneram ab radice ferens, Silvane, cypressum; 20  
dique deaeque omnes, studij quibus arva tueri,  
quiue novas alitis non ullo semine fruges,  
quiue satis largum caelo demittitis imbre;  
tuue adeo, quem mox quae sint habitura deorum  
concilia incertum est, urbisne invisere, Caesar, 25

## TESTIMONIA.

14 sq. 'et . . . iuvenei' Probus 28, 17 K. 14 'et e. n.' Arusianus  
p. 220 L. 15 Asper 114, 20 K. 16–18 'ipse... favens' Probus 29, 5 K.  
16 Charisius 4 'ipse n. l. p. suaque arva Latinus' Donatus in  
Ter. Phorm. V 1, 31 'ipse n.' Terentianus Maurus 1144 'ipse . . . pa-  
trium' gloss. Barth. adv. XXXVIII 15 17 'Pan o. e.' Arusianus  
p. 220 L. 18 'adsis . . . favens' Servius Aen. I 327 18 sq. 'oleae-  
que M. i.' Probus 29, 16 K. 19 'unciuqe . . . aratri' Probus 29, 22 K.  
20 Probus 30, 3 K. Inser. Neap. 6016, 11 21 'dique deaeque' Te-  
rentianus Maurus 1144 'arva t.' Terentianus Maurus 1144 22 'qui-  
que n.' Terentianus Maurus 1145 23 'quiue s.' Terentianus Maurus 1145  
24 sq. 'tuue . . . incertum est' Charisius 184 Donatus in Ter. hecyr. IV 1, 9  
et om. 'est' in Andr. III 3, 47 25 sq. 'urbisne . . . euram' Gellius XIII 21

## VARIA LECTIO.

14 cultor pecorum *Io. Schraderus* custos pecorum *Monac.*: cf. 17  
cultor nemorum *etiam Servius Probus Arusianus* pingua γ ee.e e  
15 NIVEΘ (m. 2 sup.) P DVMMETA P DVMETA MRybē iu-  
uenici. b 16 linquens (q in r̄us.) b PATRIVM. Q. M que om. Probi  
Vatic. liceai γ lycei bc 17 ONIVM M CVSTVA (m. 2 sup.) R  
tua seu *Schraderus* Obss. I 3: cf. *Theocritus* I 121 tua si *Servius*, Probi  
exempl., sed si om. Vatic. 18 GEAE (m. 2 sup.) P TEGEAE Rb  
tegeae γ tege e oliae γ 19 MOSTRATOR M MONSTRATOR PRbē  
monstratur γ 20 tenera quidam apud *Servium* 21 DIQVE (I alt.  
eras.) P Diiq: c QVIQ. M 22 QVIÑQ. M ALITES R NON VLLO  
DE SEMINE R non ullo feminine b non nullo feminine γc, *Servius* 23  
qui γ dimittitis c1 24 QVAM (m. 2 sup.) P quāē b 25 VRBESNE  
Mbc urbisne liber manu ipsius *Vergili* correctus teste *Gellio* XIII 21  
INVISCERE i. e. invissere R

terrariumque velis curam, et te maximus orbis  
auctorem frugum tempestatumque potentem  
accipiat eingens materna tempora myrto,  
an deus immensi venias maris ac tua nautae  
nimina sola colant, tibi serviat ultima Thyle      30  
teque sibi generum Tethys emat omnibus undis,  
anne novom tardis sidus te mensibus addas,  
qua locus Erigonē inter chelasque sequentis  
panditur (ipse tibi iam brachia contrahit ardens  
Scorpius et caeli iusta plus parte relinquit) —      35  
quidquid eris (nam te nec sperant Tartara regem  
nec tibi regnandi veniat tam dira cupido,  
quamvis Elusios miretur Graecia campos

## TESTIMONIA.

- 28 Probus 30, 18 K. 30 'tibi . . . Thyle' Servius Aen. IV 103  
30 sq. 'tibi . . . undis' Probus 30, 22 K. 31 Servius Aen. IV 103 No-  
nius 531, 16 Probi inst. I 4, 17 'teque s.' Terentianus Maurus 1145  
32—35 Probus 31, 4 K. 32 'anne n.' Terentianus Maurus 1146  
34 'ipse t.' Terentianus Maurus 1146 35 'Scorpions . . . plus' Probi  
inst. I 4, 15 'plus p. r.' Terentianus Maurus 1146 36—39 Probus  
31, 26 K. 37 Terentianus Maurus 1147 38 schol. Veron. 100, 23 K.  
Diomedes p. 388 P.

## VARIA LECTIO.

- 26 MAXIMVS PRybc 28 eingentis Probi Vatic. Paris. 29 IM-  
MENSI M INMENSI PRybc      ARIS <sup>M</sup> (m. 2 sup.) P marif (arif in ras.) b  
et b 30 sola] magna bc seruiet b THYLAE M 31 thethys  
ut vid. m. 1, corr. in tethys γ thethif b thethif c 32 NOVVM MPRybc  
TARDES ut vid. P tardeis? 33 CAELAS R SEQVENTES Re  
34 'panditur ipse tibi . . . hic distinguitur, nisi dixeris ipse tibi brachia'  
c. q. s. Servius BACCHIA (col. rubro sup.) P brachia bc 35 SCORPIVS  
ET Pe2, item scorpius Probi 31, 19 Vatic. Par. SCORPIOSET MRybc1,  
Probi inst. scorpio sed Probi 31, 7 exempl. iusta caeli c caeli om. Probi  
inst. RELINQVIT Pbc, Probus, Terentianus Maurus RELIQVIT M Rγ 36  
P  
QVIDQVID M quitquit γ Quiequid c ERIS m. 2 sup. P NEC SPE-  
E RANT (m. 2 sup.) P nec sperant (a corr. in e) b NE SPERANT M nec  
sperant γ, Probi et Servii exempl. 37 REGNADI M ueniat (a in  
ras.) b 38 Elusios Diomedis codd. el. fiof c1 ELYSIOS MPRybc2  
campus γ saltus schol. Veron. 100, 23

nec repetita sequi curet Proserpina matrem)  
da facilem cursum atque audacibus adiue coeptis,  
ignarosque viae mecum miseratus agrestis  
ingredere et votis iam mnc adsuesce vocari.

Vere novo gelidus canis cum montibus humor  
liquitur et zephyro putris se glaeba resolvit,  
depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro  
ingemere, et sulco attritus splendescere vomer.  
illa seges demum votis respondet avari  
agricolae, bis quae solem, bis frigora sensit;  
illius immensae ruperunt horrea messes.  
at prius ignotum ferro quam scindimus aequor,  
ventus et varium caeli praediscere morem

## TESTIMONIA.

39 Servius Aen. II 714 schol. Lucani VI 700 ‘nee r. s.’ Servius  
Aen. IV 462 41 ‘miseratus a.’ diff. serm. in Rothii Suetonio p. 316, 2  
43 ‘vere n.’ Columella XI 2, 2 ‘vere ... canis’ Terentianus Maurus  
1149 43 sq. Eutychius II 12 Porphyrio ad Hor. carm. 1 4, 1 ‘vere...  
liquitur’ Quintilianus IV 2, 2 Priseianus p. 800 P. ‘gelidus ... liquitur’  
Servius Aen. IV 251 ‘eanis ... liquitur’ Servius Aen. III 28 44 ‘et...  
resolvit’ Servius ge. II 330 III 322 45 Diomedes p. 498 P. ‘taurus a.’  
Terentianus Maurus 1149 47 sq. Probus 32, 14 K. 47 sq. ‘illa... agricolae’  
Servius ad ge. I 99 Isidorus orig. XV 13, 8 48 ‘quarto seri sulco  
Vergilius existimatur voluisse, cum dixit optumam esse segetem, quae bis  
soles, bis frigora sensisset’ Plinius nat. hist. XVIII 20 49 Philargyrus ge.  
II 328 ‘illius i.’ Servius Aen. I 683 50 Servius ge. I 469 Aen. II 69  
51—53 Columella de r. r. I 4, 4 cf. Plinius nat. hist. XVIII 24, 56

## VARIA LECTIO.

39 turet *ut vid. γ1* //RET (*reliqua chartae fissura perierunt*,  
*sed literae C particula servata*) P 40 CVRSV<sup>M.</sup><sub>E</sub> M ADQVE Py  
ADNVE (m. 2 sup.) P 41 MISRATVS (E m. 1 *ut vid.*) P agrefteſ c  
42 et] T (m. 2 sup.) P VOTI// (S *perit fissura*) P 43  
Uareγ1 com b VMOR (H col. rubro) M humor c 44 zephiro c GLE-  
BA Ryc 45 Depraeſſo c tune c 46 ADTRITVS R VOMER M: cf. Ser-  
vius 47 VOTI R respondit c1 48 fentit b2c Probi Vat. 49 IM-  
MENSAE MR INMENSAE Pybc orrea γ MEISES (1 corr. in S) P  
50 at γ AC MPRbc ‘si autem non immensum, sed ignotum lege-  
ris, nobis ignotum significat.’ Servius SCHINDIMVS R 51 ET-  
TVRIVM (T alt. eras., A m. 2 sup.) P et proprium Columellae Sangem.  
PRAEDISCER M

cura sit ac patrios cultusque habitusque locorum,  
et quid quaeque ferat regio et quid quaeque recuset.  
hic segetes, illi veniunt felicius uvae,  
arborei fetus alibi, atque iniussa virescunt  
gramina. nonne vides croceos ut Molus odores,  
India mittit ebur, molles sua tura Sabaei,  
at Chalybes nudi ferrum, virosaque Pontus  
castorea, Eliadum palmas Epiros equarum?  
continuo has leges alternaque foedera certis  
imposuit natura locis, quo tempore primum  
Deucalion vacuom lapides iactavit in orbem,  
unde homines nati, durum genus. ergo age, terrae

TESTIMONIA.

52 'et . . . locorum' Servius Aen. III 249      53—58 'et quid . . . fer-  
rum' Seneca epist. 87, 20      53 Macrobius Sat. V 16, 7 Terentianus  
Maurus 1150 Columella de r. r. V 5, 7 VIII 17, 7      54 Arusianus p. 240 L.  
Servius Aen. V 344      'illie . . . uvae' Servius ge. II 11      54 sq. 'hic  
segetes . . . alibi' Quintilianus IX 3, 39      55 'arborei f. a.' Probi inst.  
I 9, 11      'iniussa v. gramina' Aeron ad Hor. carm. I 4, 10      56—59  
'nonne . . . equarum' Probus 33, 3 K.      57 'molles . . . Sabaci' Priscianus  
1088 Aeron ad Hor. carm. I 31, 7      58 sq. 'at . . . eastorea' Servius  
Aen. VIII 421      59 'Eliadum . . . equarum' schol. Lucani I 294 VIII  
374      60—63 Probus 33, 27 K.      61 sq. 'quo . . . orbem' glossator Cen-  
sorini de die nat. p. 10, 7 I.      62 schol. Statii Theb. III 560      63  
'unde . . . genus' schol. Juvenal. I 83 Servius ge. II 341      'homines . . .  
genus' Probus 79, 5 K.

VARIA LECTIO.

52 SIG- (T m. 2) *P* cultosque γ cultus, om. que, Oblong. Pierii,  
Columellae Sangerm. 53—104, *id est* 52 versus media pag. hic om.  
γ: sequuntur post v. 130 53 quid ferre recuset Pierii χ 54 ILLINC  
(N eras.) *P* illi Arusianus: cf. 251 III 17 ILLIC *M Ryb* illie (i post.  
in ras.) e ILLINC (N eras.) *P* veniunt uvae felicius illie Pieriani χ  
55 ARBOREI (I add., sed ead. m. ut vid.) *R* ADQVE *R* ueref-  
cunt c1 56 CRVCEOS *R* ut semper Tmolus Probi Vat. MO-  
LVS (T col. rubro) *M* Molus gloss. in b MOLOS P IMOLVS *R* moleſ γ .mo.lufc  
Tmolos χ Tmolus Servius et Probus: cf. Fleckeiseni annales LXXVII 195 sq.  
ut tmolus odoreſ in ras. b 57 MTTET (E m. 2 corr. in I) *P* MTT-  
TAT *Mc* Seneca mittit Servius ‘sane tus modo sine aspiratione dici-  
mus’ Servius fabei c 58 AD *R* chalibef bc 59 Epirus Pie-  
rii ψ Epiros testatur Servius 60 ALTERNA///FOEDERA (in rasura  
ante F potest fuisse Q-) *P* AETERNAQ. FOEDERA *M Ryb* ψ, Servius  
et Probus 61 imposuit γε 62 VACVVM *M Ryb* LAPIDIS *P*  
IACTABIT *P*γ 63 DVRVM eras. *P*

pingue solui primis extemulo a mensibus anni  
fortes invertant tauri, glaebasque iacentis                          •        65  
pulverulenta coquat maturis solibus aestas;  
at si non fuerit tellus secunda, sub ipsum  
areturum tenni sat erit suspendere sulco:  
illuc, officiant laelis ne frugibus herbae,  
hic, sterilem exiguus ne deserat umor harenam.                          70

Alternis idem tonsas cessare novalis,  
et segnem patiere situ durescere campum;  
aut ibi flava seres mutato sidere farra,  
unde prius lactum siliqua quassante legumen  
aut tenuis fetus viae tristisque lupini                          75

## TESTIMONIA.

64 ‘primis . . . anni’ Servius ge. III 304    66 Servius Aen. IV 155  
‘terra in futurum proscinditur Vergilio maxume auctore, ut glaebas sol  
coquat’ Plinius nat. hist. XVIII 26, 65    67—70 cf. Plinius nat. hist.  
XVIII 26, 65, 2 extr.    67 sq. Probus 34, 12 ‘at . . . areturum’ Pris-  
cianus 1000    68 ‘tenui . . . sulco’ Servius ge. I 45    69 sq. Probus 33, 1

70 Probus 34, 18 K.    71 Nonius 215, 22 ‘Vergilius alternis ces-  
sare arva suadet’ Plinius nat. hist. XVIII 21    71 sq. Servius ge. II 412  
73—76 Probus 34, 24 K. cf. Plinius nat. hist. XVIII 21 extr.    74 Iu-  
lius Rufinianus 250 R. A. Mai thesaurus nov. lat. (auct. class. VIII) 532  
‘siliqua q. l.’ Servius in Aen. I 234    75 sq. ‘tristisque . . . calamos’  
Nonius 409, 22 ‘tristisque l.’ Maerobius Sat. VI 5, 5 Isidorus orig.  
XVII 4, 7 Servius ge. II 126

## VARIA LECTIO.

64 ut primis Servius ge. III 304    extimulo c    a supraser. b,  
E om. c    65 INVORTANT M INVERTANT PRγbc    glebas γbc    IA-  
CENTES MRb iacentem γ1    66 PVLVE.VLENT. (erasis R et A ut  
vid.) P [solibus] FRVGIBVS R    ‘Ipsi manu adiectum maturis so-  
libus’ Servius    a&af c    67 AB R    68 AVCTVRVM R    TENVL-  
LAT R    69 sq. ‘Ipsi manu adiecti sunt deletis duobus, quorum al-  
ter totus legi [non] potuit: illuc officiant segetes ne frugibus illis. ex  
altero hoc tantum: ne deserat humor arenam.’ Servius ad 67 laetis]  
LAETI. (erasa infima literae I parte et extrema litera, de pr. m. non  
liquet) P    HERBAE (E alt. eras.) P    terbae γ    70 humor γbc  
arenā b    71 TONSIS M    cessere γ    noualis γc Nonius 215, 22 NO-  
VALES MPRb    73 SEMINE R: cf. 82 sidere Servius, Probus    75  
temies b    nitiae b    tristes Servius ge. II 126 trifiti c    LVPINIS R

sustuleris fragiles calamos silvanque sonantem.  
urit enim lini campum seges, urit avenae,  
urunt Lethaeo perfusa papavera somno:  
set lauen alternis facilis labor, arida tautum  
ne saturare simo pingui pudeat sola neve      80  
effetos cinerem inmundum iactare per agros.  
sic quoque mutatis requiescent fetibus arva;  
nee nulla interea est inaratae gratia terrae.  
saepe etiam steriles incendere profuit agros,  
atque leuem stipulam crepitantibus urere flammis:      85  
sive inde occultas vires et pabula terrae  
pingua concipiunt, sive illis omne per ignem  
excoquitur vitium atque exudat imtilis umor,  
seu plures calor ille vias et caeca relaxat

## TESTIMONIA.

76 Nonius 401, 29    77 sq. Columella de r. r. II 14, 3    'Vergilius et lino  
segetem exuri et avena et papavere arbitratur' Plinius nat. hist. XVII 9, 7  
'urit . . . seges' Servius ge. I 212    78 Probus 34, 30 K.    'Lethaeo  
. . . somino' Isidorus orig. XVII 9, 31    'perfusa p. s.' de gen. nom. 92  
Haupt.    80 sq. 'neve . . . agros.' Nonius 198, 9    81 'cinerem . . . agros'  
Servius Aen. XII 611    82 schol. Statii Theb. III 182    83 Prisciannus p. 1206 P.    84—93 Macrobius Sat. V 1, 14    84 Macrobius  
Sat. I 18, 24 schol. Lueani IX 184    'sunt qui aecendant in arvo et sti-  
pulas magno Vergili praeconio. summa autem eius ratio ut herbarum  
semen exurant' Plinius nat. hist. XVIII 30, 72    85 Nonius 255, 9  
'crepitantibus u. f.' Macrobius Sat. VI 4, 5    86—88 'sive . . . vitium'  
Quintilianus IX 3, 96    87 sq. 'omne . . . humor' Servius Aen. VI 287  
88 'exudat i. u.' gloss. Lucani IV 643 p. XC ed. Weber    89 'seu . . . vias'  
Quintilianus IX 3, 96    89 sq. Priscianus 776 P.    'seu . . . spiramenta' Prisci-  
anianus 748 P. Vtroque Priscianoi loeo tam 'plures' dici quam 'pluris' accus-  
ativo plurali comprobatur singulis exemplis Vergilii et Horatii priore, al-  
tero autem loco Vergilii Terentii Horatii Ciceronis item singulis exemplis.

VARIA LECTIO.

76 sustulerit *Nonius* p. 404, 29 FRAGILES *Pb* FRAGILIS *MRyc*  
 SILVM (A m. 2 sup.) *P* 78 LETHEO *MRyb*c 79 SED *MPRyb*c  
 80 pudae ad γι1 neue in ras. c 81 EFFECTOS *Rγ*, *Wolf.* *No-*  
*nii* immundum γbc 82 sq. post 78 collocari voluit *Schraderus*  
 82 REQVIESCENT *R* 86 OCCVLTASE *P* 87 <sup>1</sup>LLIS (Im. 2 sup.)  
<sub>v</sub>  
*MP* 88 exquoquitur γ ADQVE *R* EXSVDAT *PRyb*c AMOR  
*M humor* c 89 PLVRES *P*, *Macrobii exemplaria*, *Prisciani* 748 φ,  
 776 ω, ut utrum pluris an plures legerit ille, non liqueat. Sed vi-  
 detur plures legisse *Priscianus*: cum enim tam in es quam in is exire

spiramenta, novas veniat qua sucus in herbas; 90  
 seu durat magis, et venas adstringit hiantis,  
 ne temnes pluviae rapidive potentia solis  
 acrior aut Boreae penetrabile frigus adurat.  
 multum adeo, rastris glaebas qui frangit inertis  
 vimineasque trahit erates, iuyat arvæ, neque illum 95  
 flava Ceres alto nequicquam spectat Olympo;  
 et qui, proscisso quae suscitat aequore terga,  
 rursus in obliquom verso perrumpit aratro,  
 exercetque frequens tellurem atque imperat arvis.  
 [umida solstitia atque hiemes orate serenas, 100  
 agricolæ: hiberno laetissima pulvere farra,

## TESTIMONIA.

91 'sen durat magis' Quintilianus IX 3, 96      92 sq. 'ne . . . acrior'  
 Nonius 411, 24      92 'ne temnes p.' Agroetus 2271 P.      'rapidive p. s.'  
 Servius in Aen. I 42 schol. Stat. Theb. I 419      93 'aut . . . adurat'  
 Servius in Aen. I 92 Nonius 452, 13 Donatus in Terent. eun. I 2, 4  
 Isidorus orig. XIII 10, 8      94 Nonius 438, 29      96 'flava C.' Agro-  
 etius 2274 P.      99 Priscianus 1163, 1167, 1178 Nonius 295, 13 Acron  
 ad Hor. carm. I 4, 10      'exerceetque f. t.' schol. Hor. epod. II 2  
 'atque i. a.' Servius ge. I 55      100 'ergo qui dixit hiemes sere-  
 nas optandas, non pro arboribus vota fecit. nee per solstitia imbris  
 vitibus conducunt. hiberno quidem pulvere laetiores fieri messis luxu-  
 riантis ingeni fertilitate dictum est.' Plinius nat. hist. XVII 2, 13  
 'humida s.' Probi ars m. 511 Endl.      100—103 Macrobius V 20, 1      101  
 'hiberno . . . farra.' Macrobius Sat. V 20, 17

## VARIA LECTIO.

*huius vocis accusatirum pluralem p. 748 comprobet praeter nostrum  
 locum solo Horati loco, is autem plures lepores scripsisse nullo modo  
 credendus sit, consentaneum est alteram in es terminationem apud Ver-*  
*gilium extitisse. PLVRIS MRyc 91 astringit b adtingit c hiantef  
 b1c 92 TENVIS PR rapidique γ 94 GLEBAS Mγbc INERTES  
 MRb in hertef c 95 GRATES Rγ eratεf (c e corr.) b 96 ALTO su-  
 praser. M 97 PROCISSO (S m. 2 sup.) P PROSCHISSO R Qv M  
 qui γ aequare (e post. e corr.) b 98 OBLIQVOM Mγ OBLIQVM R  
 OBLICVM Pobliquu bc uerfa (a corr. in o) γ perrūpet b1 99 EXERCIT R  
 ADQVE R atq γ aruf γ 100—103 secundis curis Vergilium ad-  
 didisse, nec tamen ad reliqui carminis contextum admodus statui-  
 lect. Verg. 4 100 humida c solistitia γ1 hiemef . . . oratεf.  
 erenaf (f sec. et r sec. ex corr.) γ 101 PVLVERA (E m. 2 sup.) P  
 FERRA (A m. 2 sup.) P*

laetus ager; nullo tantum se Mysia cultu  
iactat et ipsa suas mirentur Gargara messes.]  
quid dicam, iacto qui semine comminus arva  
insequitur, cumulosque ruit male pinguis harenæ, 105  
deinde satis fluvium inducit rivosque sequentis  
et, cum exustus ager morientibus aestuat herbis,  
ecce supercilio clivosi tramitis undam  
elicit? illa cadens raucum per levia murmur  
saxa ciet, scatebrisque arentia temperat arva. 110  
quid qui, ne gravidis procumbat culmus aristis,  
luxuriem segetum tenera depascit in herba,  
cum primum sulcos aequant sata, quique paludis  
conlectum inmorem bibula dederit harena?

## TESTIMONIA.

102 sq. 'nullo . . . messes' Probus 35, 3 K. 'nullo . . . iacet' Servius in Aen. I 140    103 'et . . . messes' Philargyrus ge. III 270  
104 sq. Nonius 380, 11    105 'cumulosque . . . harenae' Nonius 164, 11  
106 'deinde s. f. i.' Probi inst. I 9, 5 Cledonius 1923, 1926 P.  
108 sq. 'ecce . . . elicit' Arnsianus 228 L.    108 'elivosi t.' de gen. nom.  
101 Haupt.    109 sq. 'elicit . . . ciet' Aeron ad Hor. carm. I 17, 12  
'illa . . . ciet' Nonius 266, 10    'per . . . ciet' Aeron ad Hor. carm. III  
13, 15    112 Servius ge. I 295 II 252 Nonius 339, 32    113 'cum . . .  
sata' Servius Aen. X 190    113 sq. 'quique . . . harena' Servius ge. I  
272    114 Probus 34, 21 K.

## VARIA LECTIO.

102 LAETVR (S m. 2 sup.) P    MYSIA MR, *Philargyrus Macro-*  
*bius Probus* (*cuius tamen vide adv.*) MYSIA (O€ m. 2 sup.) P Mysia et  
Moesia *Servius* misia γ Moesia c, *schol. Leid.* culto γ moesia cultu  
in ras. b    103 iacet *Probus*, *Servius in Aen. I 140* mirentur *Pro-*  
*bus* MIRANTVB MPRybc    104 comminus γ comminus c    105 CVMVLOS,  
sed O m. 2 corr. in V, P CVMVLOS M cunolof c    PISGVIS R    are-  
nae γ arene c    106 sequentef bc FLVENTES R sequentis *Servius*  
107 EXISTVS (1 m. 2 corr. in V) P heftnat c    herbas γ    109 ELI-  
GIT R elicit, i. e. eclicit γ    RAVCVMQ. M    laeuia γ    110 S CATE-  
BRISQVAE (S m. 2 sup.) P S CATEBRISQ. M    111 grandi (di in ras.) b  
113 PRMVLM P fulens γ    PALVDE (E corr. in IS vel vice  
versa) P palodes γ    114 CONLECTVM (N m. 2 corr. in L) P COLLEC-  
TVM MRbc    humorē hc    arena c

praesertim incertis si mensibus amnis abundans 115  
 exit et obducto late tenet omnia limo,  
 unde cavae tepido sudant umore lacunae.

Nec tamen, haec cum sint hominumque bouisque labores  
 versando terram experti, nihil improbus anser  
 Strymoniaeque grues et amaris intiba fibris 120  
 officiunt aut umbra nocet. pater ipse colendi  
 haut faciem esse viam voluit, primusque per artem  
 movit agros curvis acuens mortalia corda,  
 nec torpere gravi passus sua regna veterno.  
 ante Iove in nulli subigebant arva coloni; 125  
 ne signare quidem aut partiri limite campum  
 fas erat: in medium quaerebant, ipsaque tellus  
 omnia liberius nullo poscente ferebat.  
 ille malum virus serpentibus addidit atris,  
 praedarique lupos issit pontumque moveri, 130  
 mellaque decussit foliis, ignemque removit,

## TESTIMONIA.

115 'praesertim . . . mensibus' Probi inst. I 10, 4      115 sq. 'praesertim . . . exit' Nonius 41, 20 Servius ad Aen. II 497      'amnis . . . limo' Nonius 412, 10      118 sq. Macrobius Sat. VI 2, 29      118 Servius in Aen. II 306      120 Acron ad Hor. carm. I 31, 16      'Strymoniaeque g.' Nonius 208, 16 schol. Hor. epod. II 35 schol. Lucani III 199 Probus 35, 9 K.      'et amaris i. f.' Charisius p. 77      124 Probus 35, 11 K.      125—128 'nulli . . . ferebat' Seneca epist. 90, 37      125 Priseianus 994 Alcuinus 2137 P. Terentianus Maurus 1185      126 sq. 'ne . . . quaerebant' Macrobius Sat. I 8, 3 Lactantius inst. V 5      127 'in medium q.' Arusianus 238 schol. Lucani I 89 Servius ge. IV 157      'in . . . tellus' Servius Aen. XI 335      131 'mellaque d. fol.' Asper 113, 16 K. Incertus de nom. 12 E. Servius ge. IV 1

## VARIA LECTIO.

115 MANIS (MA m. 2 corr. in AM) P      116 exiit γ      obducta b  
<sup>v</sup>

117 TAEPIDO M      EMORE (V m. 2 sup.) P      humore c      118 TA-  
 MENT P      cum haec sint hominum denique I. Servius in Aen. II  
 306 laboref om. γ      119 IMPROBVS MR      120 Strymoniae γ  
<sup>A</sup>  
 MARIS (A m. rec. sup.) R      122 aut γ hand be      PARENTĒ R      123  
 CVRAS sup. M      125 NVLLIS M      126 Nec c      nec signare solum Ma-  
 crobius usurpat      127 IMMEDIVM (prius M m. 2 corr. in N) P      128  
 omnia, et uberiorius Schraderus      130 Hinc sequitur 53—104 in γ  
 lupuf b1

et passim rivis currentia vina repressit,  
ut varias usus meditando extunderet artes  
paulatim et soleis frumenti quaereret herbam.  
[ut silicis venis abstrusum excuderet ignem.] 135  
tunc alnos primum fluvii sensere cavatas;  
navita tum stellis numeros et nomina fecit  
pleiadas, hyadas, claramque Lycaonis arcton;  
tum laqueis captare feras et fallere visco  
inventum et magnos canibus circumdare saltus; 140  
atque alius latum funda iam verberat amnem  
alta petens, pelagoque alias trahit umida lina;  
tum ferri rigor atque arguta lammina serrae  
(nam primi cuneis scindebant fissile lignum)  
tum variae venere artes. labor omnia vicit 145

## TESTIMONIA.

132 cf. de gen. nom. 80 Haupt. 133 sq. 'ut . . . paulatim' Nonius 102, 15 134 Probi inst. 1 9, 11 'et . . . herbam' Nonius 317, 13 135 Servius Aen. VI 7 136 Plotius 252 G. 137 sq. Servius in Aen. VI 64 137 'navita t. s.' Probi inst. I 18, 3 'stellis . . . fecit' Macrobius comm. in somn. Scip. I 19, 18 Seneca n. q. VII 25, 3 138 Probus 35, 14 K. 139 sq. Seneca epist. 90, 11 'tum . . . inventum' Nonius 184, 15 139 'laqueo e. f.' Seneca de vita beata 14, 3 140 'latos canibus e. s.' Seneca de vita beata 14, 3 141 Nonius 191, 30 141 Seneca epist. 90, 9 Servius Aen. VII 509 145 sq. 'labor . . . inprobus' Macrobius Sat. V 16, 7 Alcnius 2122 P.

## VARIA LECTIO.

R  
132 bis in c REPRAESSIT R 133 varios Nonius EXTVNDE-  
RET (R m. 2 sup.) P: cf. ge. IV 315 extuderet γ excuderet b1 ex-  
tuderet b2 artif γ 134 in suspicionem vocari lect. Verg. 4  
PAVLATIM P exuleis γ et] ut malit Wagnerus 135 inter-  
polatum esse iudicavi lect. Verg. 4 ul] et malit Wagnerus: cf. Aen.  
VI 7 136 FLVVH (I prius m. 2 add.) P fluuif γ fluuif primū c 137  
NAVITAÑ M tum] nunc Servius in Aen. VI 64 138 PLEIDAS P  
M  
Plyadaf c quae γ lycaoni. f b licaoniif c ARCTOM M 139 TVN G  
M tunc c, Seneca laqueo Seneca de vita beata 140 magnos] latos  
Seneca de vita beata cab: b canibus e. s. == ecl. X 57 141 tam γ  
142 alta petens pelagoque 'nonnulli' apud Servium. Cum antece-  
dentiibus coniuncta alta petens in M humida c 143 damina γ  
144 nam] sed Servius Aen. VII 509 primū c SCHINDEBANT R  
R  
145 ALTES (corr. m. 2) P ui. cit c

inprobus et duris urgens in rebus egestas.  
 prima Ceres ferro mortalis vertere terram  
 instituit, cum iam glandes atque arbuta sacrae  
 deficerent silvae et victimum Dodona negaret.  
 mox et frumentis labor additus, ut mala cuhnmos      150  
 esset robigo, segnisque horreret in arvis  
 carduos: intereunt segetes, subit aspera silva,  
 lappaeque tribolique, interque nitentia culta  
 infelix lolium et steriles dominantur avenae.  
 quod nisi et adsiduis herbam insectabere rastris,      155  
 et somitu terrebis aves, et ruris opaci  
 falee premes umbras, votisque vocaveris iubrem,  
 heu magnum alterius frustra spectabis acervom,  
 concussaque famem in silvis solabere quereu.

Dicendum et, quae sint duris agrestibus arma,      160

## TESTIMONIA.

148 sq. 'eūn...negaret' Probus 36, 3 K.      150 sq. 'mox...robigo' Servius Aen. VIII 181      150 'mox...additus' Diomedes p. 315 P. Marinus Plotins p. 263 G.      'mox et f.' Marius Plotins p. 256 G.      'mala c.' de gen. nom 75 Haupt.      154 Appuleius Flor. II 11 'infelix lolium' Isidorus orig. XVII 9, 106      'infelix dictum est a Vergilio lolium' Plinius nat. hist. XXII 25, 77      156 sq. 'et ruris...umbram' Nonius 365, 17 Servius ecl. X 76      158 Nonius 402, 12 Asper 111, 8 Seneca de benef. VII 5, 2  
 160 Probus 81, 1 Servius in Aen. I 119 Priscianus 1218 P.      'duris a. a.' Terentianus Maurus 1032

## VARIA LECTIO.

146 IMPROBV<sup>S</sup> MR<sup>b</sup> SVRGENS P SVRGENS M urg. ens b aege-  
 staf blc<sup>1</sup>      147 mortalef bc      148 ARBVSTA R      149 NEGARENT R  
 150 et om. Diomedes frumenti γ cuhnuf γ      151 robigo γ  
 RE rubigo bc HORRET (corr. m.2) R      152 carduos 'antiqui aliquot'  
 Pierii CARDVVS MPRγbc      153 lappaeque tribolique = III 385 tri-  
 boli b tribuli c INTER<sup>w</sup> om. QVE (q; m.2 vel 3 sup.) R      155 ASSI-  
 BE DVIS Rbc TERRAM R, in ras. c, Servius INSECTARE (BE col. ru-  
 bro) M raftiγ rutris Schraderus      156 terraebif γ      157 PRAEMES R  
 VMBRAS Pbc, Philargyrus VMBRAM MRγ, Nonius, Servii φ nocauer-  
 rif b1 nocaberif b2 nocaberif c      158 SPECTAVIS Mexpectabif b heu  
 frusta magnum alterius Seneca ACERVOM (Om. 2 corr. in V) P ACER-  
 BVM R ACERVVM Mγb acerum c      159 SOLAVERE R      QVAERCV M  
 160 dicendum duris quae sint Priscianus

- quis sine nec potuere seri nec surgere messes:  
vomis et inflexi primum grave robur aratri  
tardaque Eleusinae matris volventia plausta  
tribulaque traheaeque et iniquo pondere rastri;  
virgea praeterea Celei vilisque supellex, 165  
arbuteae crates et mustica vannus facili.  
omnia quae multo ante memor provissa repones,  
si te digna manet divini gloria ruris.  
continuo in silvis magna vi flexa domatur  
in burim et curvi formam accipit ulmus aratri. 170  
huic a stirpe pedes temo protentus in octo,  
binae aures, duplice aptantur dentalia dorso,  
stivaque, quae currus a tergo torqueat imos. 174  
caeditur et tilia ante iugo levis altaque fagus, 173

## TESTIMONIA.

- |   |   |  |
|---|---|--|
| 161 Nonius 397, 9                                       | 162 Nonius 314, 8                                 | 163 Probus 36, 10 K.                           |
| 'Eleusinae . . . plausta' Servius Aen. X 362            | 'volventia plausta' Servius in Aen. I 234         | 'et . . . rastri' Donatus in Ter. Andr. I 1, 9 |
| 164 Nonius 228, 30                                      | 166 'nunc mystica vallus' de gen. nom. 103 Haupt. | 167 Priscianus 1001                            |
| lat. (auct. class. VIII) 69                             | 169 sq. Priscianus 757P. A. Mai thes. nov.        | Priscianus 961                                 |
| 172 'duplici . . . dorso' Servius ge. III 87 Aen. I 655 | 171 'continuo . . . burim' Nonius 80, 20          | 173 'eaeditur . . . iugo' de or-               |
| 173 'eaeditur . . . levis' Nonius 271, 28               | 172 'caeditur . . . levis' Nonius 314, 8          | thogr. 2780 P.                                 |

## VARIA LECTIO.

- 161 potueri *γ* poture *b* MESSIS *P* 164 TRIBVLAQ<sup>II</sup> (*super Q li-*  
*tera rubra erasa*) *M* TRAHEQ<sup>e</sup> *M* traheque *γc* traheaeque *testatur*  
*Servius* tribulaeque traheaeque *Nomius*, 'tribulae feminino' *testans* (su-  
bimaequae traheaeque *Leid.*) 165 CAELEM<sup>f</sup> *My* 166 grates<sup>g</sup> *y* ET MVS-  
TICA R ET MYSTICA MPyb et mystica c nunc mystica de gen. nom. VAL-  
LVS R, de gen. nom. 'vannus . . . legimus tamen et vallis, secundum Varro-  
nem . . . quod idem nihilominus significat'. *Servius* 167 PROVISSA P  
PROVISA MRyb<sup>c</sup> 168 diuin γ1 169 domatur (a e corr.) *b* 170 IM-  
BVRIM MPyb inbrim *c* accepit *b1*, fort. recte ulmofy 171 A *M* ab *b*  
EN (Em. 2 corr. inl) *P* 172 et duplice *Servius* ge. III 87 174. 173 trans-  
posuit Schraderus 174 stivae quae *Martinus* quae] QVE (A m. 2  
sup.) *P* quae suprascr. *b* CVRRVS MRyb<sup>c</sup>, *Servius* CVRGVS (C corr.  
m. 2 ex I vel T, R m. 2 sup.) *P* cursus Wagnerus ex Paris. 2. 3 auctore  
viro docto apud Martinum 173 talia *y*

et suspensa focis explorat robora fumus.

175

Possim multa tibi veterum praecepta referre,  
ni refugis tenuisque piget cognoscere curas.  
area cum primis ingenti aequanda cylindro  
et vertenda manu et creta solidanda tenaci,  
ne subeant herbae neu pulvere victa fatisca,  
tum variæ inludant pestes: saepe exiguus mus  
sub terris posuitque domos atque horrea fecit,  
aut oculis capti fodere cubilia talpae,  
inventusque eavis bufo et quae plurima terrae  
monstra ferunt, populatque ingentem farris acervom  
curelio atque inopi metuens formica senectae.  
contemplator item, cum se nux plurima silvis

180

185

## TESTIMONIA.

175 Nonius 294, 26 176 sq. Seneca epist. 124 177 Nonius 275, 26, 411, 30 178 sq. 'aream in messem creta praeparare. Catonis sententia amurca temperatam, Vergili operiosus.' Plinius nat. hist. XVIII 29, 71  
'area . . . manu' Isidorus orig. XX 14, 9 178 Charisius 240 180 Nonius 403, 31 'ne s. h.' Agroctius 2271 P. 181 'saepe e. m.' Quintilianus VIII 3, 20 183 de gen. nom. 102 Haupt. Nonius 249, 23 Priscianus 642 P. Arusianus p. 243 L. 'oculis capti talpae' Quintilianus IX 3, 6 'oculis . . . talpae' Charisius 241 184 A. Mai thes. nov. lat. 80  
185 sq. 'populatque . . . curelio' Nonius 471, 16 Servius in Aen. I 527 185 'populatque . . . acervum' Pompeius p. 308 L. Servius in Aen. I 4 Cledonius 1916 P. 186 'atque . . . senectae' Nonius 30, 33 comm. Cruq. Hor. serm. I 1, 33 187 Marius Plotius p. 262 G. 'contemplator i. e.' Probi inst. I 8, 2 'cum se n. p.' Servius in Aen. I 419  
187 sq. 'cum . . . florem' Isidorus orig. XVII 7, 23 Arusianus 235 L. Servius ge. III 52

## VARIA LECTIO. E

175 EXPLORAT (*E supraser. col. rubro*) M 173 et 175 fortasse secundis curis a poeta in margine adiecti. 176 referrae γ 178 primū c CYLINDRO MRybe, Charisius, Isidorus CYLINDRO EST, sed EST m.2 ut vid. add., P<sub>s</sub>

179 tenace b<sub>1</sub> 180 FATIGAT (S m.2 sup., G m.2 corr. in C) P 181 V V

INLVNDANT (V m.2 sup.) P INLVNDANT M inludunt (*u post. in ras.*) b inludunt c 182 domus γ ADQVE R orrea γc 183 oculos Nonii ω, sed oculif Bern. 347 APTI M 185 ACERVO P ACERVVM MRybe 186 Cureleο b<sub>1</sub> INOPE (E radendo ut vid. corr. in I) P  
inopie? metuensque inopi comm. Cruq. SENECTE M 187 NOX  
(O m.2 corr. in V) P

induet in florem et ramos curvabit olenis.  
si superant fetus, pariter frumenta sequentur,  
magnaque cum magno veniet tritura calore; 190  
at si luxuria foliorum exuberat umbra,  
nequicquam pinguis palea teret area culmos.  
semina vidi equidem multos medicare serentes,  
et nitro prius et nigra profundere amurea,  
grandior ut fetus siliquis fallacibus esset, 195  
et quamvis igni exigno properata maderent.  
vidi lecta diu et multo spectata labore  
degenerare tamen, ni vis humana quodamnis  
maxima quaque manu legeret. sic omnia fatis  
in peius ruere ac retro sublapsa referri, 200

## TESTIMONIA.

188 Julius Rufiniannus 255 R. 189 Nonins 388, 28 'pariter f. s.'  
Charisins 191 schol. Veron. 95, 31 K. 191 Nonins 340, 3 193 Priscianus 792, 797, 1162 P. 194 A. Mai thes. nov. lat. 36 'Vergilins nitro  
et amurea perfundi iubet fabam. sic etiam grandescere promittit.' Plinius  
nat. hist. XVIII 17, 45 195 sq. Columella de r. r. II 10, 11 196  
Priscianus 766 P. 197—200 Columella de r. r. II 9, 12 III 10, 18  
198 Probi inst. I 4, 15 199—203 'sic omnia . . . amni' Gellius X 29

## VARIA LECTIO.

188 INDVET MPRb, *Servius et Philargyrus induit γ, Arusiani, Rufiniani et excepto Gud. 2 Isidori exempl. et supraser. b ramof*  
(a et o ex corr.) γ *CVRVAVIT Mb1, Rufiniannus OLENTES MPe*

189 superat <sup>n</sup> b FVMENTA (Rm. 2 sup.) P 191 AD R LXXVRIAЕ  
i. e. luxurie R FILIORVM R 192 NEQVICQVAM M PINGVES (E  
m. 2 corr. ex I ut vid. P pingueſ c 'quidam legunt pingues paleae.  
sed verior lectio: pingues palea' *Philargyrus pinguis palea Servius*  
TERET (E alt. m. 2 corr. ex P) P TERIT Rb 193 sq. in rasura b 193  
T MVLOS (T m. 2 sup.) P ferentis γ 194 profundere γ AMVRCA  
PRb, thes. nor. lat. AMVRGA My 'amurea per e scribitur et per g pro-  
nuntiatur' *Servius* 195 laetior Columella 196 SIGNI R IGNIS M

MADHERENT R <sup>m</sup>aderent b 197 vidi ego lecta Columellae II 9, 12  
libri exc. Pol. Goes. MVLTOS SPECTATA R multif pectata (i eras.) γ  
multo expectata b 198 Ver IS M <sup>o</sup>ui γ mens Columellae Reg. QVOT-  
ANNIS MPbc quoannis γ 199 MANVS M <sup>m</sup>anu b 200 uere γ ac  
... referri = Aen. II 169 ae] ET Pbc, Columellae Reg. SVBLABSA MPγ

non aliter quam qui adverso vix flumine lembum  
remigiis subegit, si bracechia forte remisit,  
atque illum praeceps prono rapit alvens amni.

Praeterea tam sunt arcturi sidera nobis  
haedorumque dies servandi et lucidus anguis, 205  
quam quibus in patriam ventosa per aequora vectis  
ponus et ostriferi fauces temptantur Abydi.  
libra die somnique pares ubi fecerit horas,  
et medium luci atque umbris iam dividit orbem:  
exercete, viri, tanros, serite hordea campis 210

## TESTIMONIA.

201 sq. 'quam . . . subigit' Nonius 534, 9 Fulgentius 564, 7 201 'lembus' Probus 36, 18 K. 202 sq. 'si bracechia . . . amni' Nonius 530, 6 Aeron ad Hor. carm. III 29, 32 203 Servius Aen. IV 424 'prono r. a. a.' Priscianus 766 204—207 Columella de r. r. XI 1, 31 204 sq. Aeron Hor. carm. III 1, 24 'quippe Vergilio iubente praedisci ventos ante omnia ac siderum mores, neque aliter quam navigantibus servari' Plinius nat. hist. XVIII 24, 56 204 Servius Aen. IV 578  
205 'haedorumque d.' Probus 36, 19 K. 'et l. a.' Probus 36, 22 K.  
206 'ventosa . . . vectis' Servius Aen. VIII 449 208 Gellius IX 14 Charisius 101 Priscianus 780, 781, 1102 Probi inst. II 1, 1 Donatus in Ter. Andr. II 5, 19 schol. Lucani VIII 467 Probus 36, 29 K. Servius Aen. I 470 'libra die' Servius in Aen. I 156 'libra die somnique' Iucertus de nom. I E. schol. Persii V 47 210 Asper 113, 12 'sane reprehensus Vergilius dicitur a Bavio et Maevio hoc versu: hordea qui dixit, superest ut tritica dicat' Servius 'serite h. c.' de gen. nom. 79 Haupt. Augustinus de gramm. 1990 P. 'serit h.' Charisii exc. p. 550 K.

## VARIA LECTIO.

201 qui. c adnorsō Nonii praeter Leid. ex. lembum γ 202  
i Remigif c SVBEGIT P SVBEGIT M Rγbcψ brachia b 203 atque: cf. Wichert de arte stil. 169 ILLVM PRAECEPS PRONO P: cf. ecl. VIII 59 ge. PRE  
III 236 IV 29 ILLVM PBONO INCEPS (PRE m. rec. sup.) R ILLVM IN PRAE-  
CEPS PRONO Mybe, Gellius, Nonius . TRAHIT R 206 VECTUS (U  
m. 2 corr. in O et ead. m. sup. I) P uectef b1 207 obstriferi γ  
faueif c1 abhydi γ 208 DIE Py, Servius, Priscianus, Probi inst.,  
inc. de nom., Charisii cod., schol. Luc. DIE<sup>1</sup> (Isuprascr. col. rubro) M  
DIEI R, Probi 36, 29 libri die. b 'ut facile his credam, qui scripserunt idio-  
graphum librum Vergili se inspexisse, in quo ita scriptum est: libra dies  
... horas, id est: libra diei somnique.' Gellius 209 DIVIDET Rγb: cf. 188,  
at contra 450 III 303, 336 IV 401 recte laudata a Waguero VRBEM M

usque sub extremum brumae intractabilis imbreui;  
nec non et lini segetem et Cereale papaver  
tempus hunc tegere et iandudum incumbere aratis,  
dum sicca tellure licet, dum umbila pendent.  
vere fabis satio; tum te quoque, medica, putres  
accipimt sulci, et milio venit annua cura,  
candidus auratis aperit cum cornibus annum  
taurus, et averso cedens canis occidit astro.  
at si triticeam in messem robustaque farra  
exercebis humum, solisque instabis aristis;  
ante tibi Eoae Atlantides abscondantur  
Gnosiaque ardantis decedat stella coronae,

215

220

## TESTIMONIA.

211 Probi inst. I 11, 2 Arusianus p. 266 l. 212 'Cereale p.' Probus 37, 1 214 Columella de r. r. II 8, 3 215 'Vergilius eam' (fabam) 'per ver seri inbet circumpadanae Italiae ritu' Plinius nat. hist. XVIII 12, 30 215 sq. Seneca epist. 86, 16 215 'vere f. s.' Charisius 21, 72 Nonius 227, 3 Asper 113, 14 K. 217sq. Probus 37, 2 K. Macrobius comm. in somn. Scip. I 18, 15 219 sqq. 'Vergilius triticum et fara vergilia-  
rum occasu seri inbet, hordeum inter aequinoctium et brumam (210).  
viciam vero, phasiolos et lentem boote occidente' (227) Plinius nat.  
hist. XVIII 24, 56 219—221 Columella de r. r. II 8, 1 219 Asper  
113, 13 K. (om. 'at') 'robustaque f.' Probi inst. II 1, 29 221—223 'ante  
... semina' Probus 37, 13 K. 221 Marius Victorinus 2473 P. Teren-  
tianus Manrus 1188 Servius Aen. VIII 138 222 Probus 17, 13 K.  
Aeron ad Hor. carm. II 19, 14

## VARIA LECTIO.

211 VTQ. P imbreui γ 212 cereale γ<sup>1b</sup>  
rastrif P<sup>s</sup>Rybe inēub. ere c arastrif γ, *Servius ARATRIS* (*sup. m. rec.*) P<sup>s</sup>  
ARATRIS M RASTRIS R arastrif in ras. b ratris *Mentel. alter m. 1. Fuit*  
*cum rutris conicerem* 215 satio est *Seneca* fauis Nonii ex., *Char-*  
*isiū* 72 cod. tunc *Seneca* 216 Accipiānt c 218 AVERSO PRybe.  
*Probus* ADVERSÖ M 'averso autem astro duplex lectio est, nam alii  
adverso legunt' e. q. s. *Servius*. *Fluctuant Macrobii exemplaria, sed*  
auerso praeter alia Bongars. I CEDENS (T m. 2 sup.) P CAEDENS M  
A E 219 AD R TRITICEM (A m. 2 sup.) TRITICIAM M IM (N m. 2  
sup.) P IN MRybe mensem γ 220 aristif (f pr. in ras.) b 221  
AE AE AEO M aeoae γ eoe c ABSCONDVENTVR (A m. 2 sup.) P abſconden-  
tur γ 222 GNOSIA P, *Probus* GNOSIA MRybe procedat Schrade-  
rus decedat etiam *Servius*

debita quam sulcis committas semina quanque  
invitae properes anni spem credere terrae.  
multi ante occasum Maiae coopere; sed illos  
expectata seges vanis elusit avenis. 225  
si vero viciamque seres vilemque phaselum,  
nec Pelusiace curam aspernabere lantis,  
haut obscura cadens mittet tibi signa bootes:  
incipe et ad medias sementem extende pruinas. 230

Ideinco certis dimensum partibus orbem  
per duodena regit mundi sol aureus astra.  
quinque tenent caelum zonae: quarum una corusco  
semper sole rubeus et torrida semper ab igni;  
quam circum extremae dextra laevaque trahuntur 235  
caeruleae, glacie coneretae atque imbris atris;  
has inter medianaque duae mortalibus aegris

## TESTIMONIA.

224 'anni . . . terrae' Aeron ad Hor. carm. I 3, 5      225 sq. Probus  
37, 28 K.      'sed . . . aristis' Nonius 301, 24. 416, 25      225 'multi . . .  
coopere' Servius Aen. VIII 138      227—229 Probus 38, 1 K.      227 Aeron  
ad Hor. carm. I 20, 1      'si . . . seres' Probi inst. I 9, 11      'vilemque  
faselum' Nonius 529, 12 Servins ge. I 274      228 Nonius 210, 4      229 sq.  
Beda de temp. ratione 16      233—239 Probus 38, 17 K. Hyginus gro-  
matiens de limitibus constituentis p. 185 L.      233—238 'quinque . . .  
divom' Beda de temp. rat. 34      233 'quinque . . . zonae' Probus 40,  
16 K. Isidorus de natura rerum 10 p. 22 ed. Beeker      234 Aeron ad  
Hor. carm. I 22, 21 III 3, 54      235 sq. 'quam . . . coneretae' Isidorus  
de natura rer. 9 p. 22 ed. Beeker      236 Aeron ad Hor. carm. III 3, 56  
237 sq. 'has . . . divom' Isidorus de natura rer. 10 p. 23 ed. Beeker  
'mortaliibus . . . divom' Macrobius somn. Se. II 5, 16      237—239 'duae

## VARIA LECTIO.

223 Dabita c1      224 properif γ      CAEDERE M      225 MALE M  
malae γ maię (ie in ras.) b      226 EXSPECTATA MR      AVENIS Pγbe,  
Probus: cf. H. Keilius Philol. II 164 sq. ARISTIS ut 220 MR, Nonius  
227 uitiam γ      fasellum γ, Aeronis Med.      228 PELVSAEACAE (E  
sec. m.2 corr. in I) P      229 Aut γ hand bc      MITTIT M mit<sup>tet</sup><sub>v</sub> b mit<sup>tet</sup><sub>o</sub>  
tat c1      230 INCIPI R      EXPENDERE R      233 ma γ      CORVSCE (O  
m.2 sup.) P CORVSCHIO M      235 LEVA My      trauntur b      236 CAE-  
RVEAE MPγbe, Hygini φ, Servius ut videtur: γλαυζοῖο νελαινοτέ-  
ραι οὐάροιο Eratosthenes, cerulea Isidori Bamb. B verule Isidori Bamb. A  
caerulea b2, Pierii ψ, Probi exempl., Hygini ω      GLACIAE MBe1  
IMBVIB· M      a. trif (t e corr., ut videatur fuisse aegris) γ      237 om.,  
add. in mg. γ has] Af γ      DIVAE P      aegrif (aeg in ras.) b

numere concessae divom, et via secta per ambas,  
oblicus qua se signorum verteret ordo.  
mundus, ut ad Scythiam Riphaeasque arduus arces      240  
consurgit, premitur Libyae devexus in austros.  
hic vertex nobis semper sublimen; at illum  
sub pedibus Styx atra videt manesque profundi.  
maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis  
circum perque duas in morem fluminis arctos,      245  
arctos Oceani metuentes aequore tingui.  
illie, ut perhibent, aut intempesta silet nox  
semper et obtenta densemur nocte tenebrae,  
aut reddit a nobis Aurora diemque reducit;  
nosque ubi primus equis Oriens adlavit anhelis,      250  
illis sera rubens accedit lumina Vesper.

## TESTIMONIA.

... ordo' Macrobius somn. Sc. II 8, 2      240 sq. Servius ge. I 321  
242 sq. Macrobius comm. in somn. Scip. I 16, 5      242 Festus 306 v.  
sublimen 'hic ... sublimis' Servius in Aen. I 114 ge. I 209 II 310  
Acron ad Hor. carni. III 24, 38      244—246 Probus 40, 5 K      244  
Nonius 207, 10      245 Priscianus 986 P. Macrobius somn. Scip. II 8, 6  
'circum ... morem' Marius Plotius p. 263 G.      246 Macrobius comm.  
in somn. Scip. I 16, 4 Probi inst. I 5, 1 Arusianus p. 247 L.      247—251  
Probus 39, 27 K.      249 schol. Lucani VI 572      250 sq. Seneca epist.  
122, 2 Martianus Capella VI 592      250 schol. Statii Theb. V 178

## VARIA LECTIO.

238 Muner.e b      DIVOM (0 m.2 corr. in V) P DIVVM M<sub>R</sub>ybc  
239 OBLIQVS R OBLIQVVS Mbc      240 <sup>v</sup>et b      AB (b col. rubro) M  
feitiam γ schitiam c      RIPHEAS M<sub>P</sub>Rbc ripaeaf γ Riphæas <sup>h</sup>Servius      241 PBAEMITVR MR      LIVIAE (I post. m.2 corr. in V) P  
242 semper] caeli Servius ge. I 209 sublimen Verrium Flac-  
cum legisse demonstravi in Iahnii ann. LXXVII 184 sq. SVBLIMES R  
SVBLIMIS MPybc, Macrobii Acronis Servii exempl. ut yid. sub. Festi  
cod. AD PRb1      243 stix (i corr. in y) b stix e      244 MAXIMVS PRybc  
SINVOSSO P SINVOSO M<sub>y</sub>c sinnoso (f pr. corr. add.) b SINVOS (0  
m. rec. sup.) R      245 arctus γ1      246 Arctof <sup>v</sup>γ metuentif γ1  
. Probi inst. cod.      tingi γ2 tingi c      248 DENSENTVR PRybz DEN-  
SANTVR Mc, Probi exempl.      nube Schraderus      249 REDDIT M  
Probus reddit (dit in ras.) c      a om. Probus      NOBI// (ult. lit. ras.  
evanida) P      250 equis...anhelis == Aen. V 739 hanelis γ anhelans  
Probi exempl.      251 illis Seneca, ut Lucretius I 1065 ILLIC MPR  
ybc, Probi exempl. An illi? ostendit Probi exempl.

Nec frustra signorum obitus speculamur et ortus	257
temporibusque parem diversis quattuor aumun:	258
hinc tempestates dubio praediscere caelo	252
possimus, hinc messisque diem tempusque serendi,	
et quando infidum remis impellere marmor	
conveniat, quando armatas deducere classis,	255
aut tempestivam silvis evertere pinum.	
frigidus agricolas siquando continet imber,	259
multa, forent quae mox caelo properanda sereno,	
maturare datur: durum procudit arator	
vomeris obtunsi dentem, cavat arbore lyntres,	
aut pecori signum aut numeros impressit acervis.	
exaequant alii vallos fureasque bicornis,	
atque Amerina parant lentae retinacula viti.	265
nunc facilis Rubea texatur fiscina virga,	

## TESTIMONIA.

257 Nonius 357, 20	258 Servius in Aen. I 133	255 'classes' gloss.
Zitz. Petri p. 13	256 Macrob. Sat. VI 4, 16	259—261 'frigidus... datur' Gellius X 11 Nonius 51, 28 Macrobins Sat. VI 8, 11 261 sq. 'durum . . . dentem' Nonius 156, 28 'durum . . . lintres' Priscianus 891 Eutychius II 4 262 'cavat a. l.' Nonius 535, 6 264 'exaequant a. v.' de gen. nom. 103 H. 265 Nonius 338, 7 266 schol. Hor. sat. I 5, 96

## VARIA LECTIO.

		e	s	P	specula	mur
257 sq. <i>huc transposui</i>	257 Ne <i>c</i>			PECVLAMVR	P	
<i>s</i>						
b 258 DIVERSIT M	252 dubii b1			PRAEDICERE	R	253 Poffi-
mus b	temp̄staque ferendi (ta eras.) γ			INPELLERE	Pγe	255
armatoſ γ1	CLASSES PRγb	deducere clasſeſ in ras. c				
Macrob. TEMPESSHVAM P			256 et			
armatoſ γ1	Ante v. 259 desideramus que-					
dam in hanc sententiam: 'sunt enim suis queaque temporibus opera						
adsignata, etiam eis, quae nullum omnino negotium ridentur ad-						
mittere.'	259 TRIGHVS (T m. 2 corr. in F, R m. 2 add.) P					
Macrob. 260 mox]	POST M mox in ras. b					
properanda	(da in ras.) b	261 prouicit b1 prouidit b2	262 obtutis Eutychii col.			
obtusi bc	cauet b	LYNTRES MPRγb, Prisciani Bumb. Halb. lin-				
tref c luntrem Eutychius	263 NVMEROS M	INPRESSIT Pγ IN-				
PRAESSIT R	264 ALI R	PRAESSIT R				
		BICORNES Re	265 ADQVE R			
			parent c1			
			LENTĒ M	266 FACILI P	facilis Servius	'Rubos...hinc
			putant aliqui Virgilium dixisse...Rubea...virga.'			
			schol. Hor. Inter Rubea et rubea fluctuat Servius			

nunc torrete igni fringes, nunc frangite saxo.  
 quippe etiam festis quaedam exercere diebus  
 fas et iura sinunt: rivos deducere nulla  
 religio vetuit, segeti praetendere saepem,  
 insidias avibus moliri, incendere vepres,  
 balantumque gregem fluvio mersare salubri.  
 saepe oleo tardi costas agitator aselli  
 vilibus ani onerat pomis, lapidemque revertens  
 incussum aut atrae massam picis urbe reportat.

270

Ipsa dies alios alio dedit ordine luna  
 felicis operum. quintam fuge: pallidus Horcus

275

## TESTIMONIA.

267 Servius in Aen. I 179 ‘et torrere parant flammis fringes et frangere saxo’ Isidorus orig. XV 6, 1 268—272 ‘sunt enim, ut ait poeta, quae festis exercere . . . salubri’ Columella de r. r. II 22, 1 269 ‘fas . . . sinunt’ schol. Lucani V 288 269 sq. ‘rivos . . . vetuit’ Nonius 289, 21 Macrobius sat. III 3, 10 Servius ge. I 114 ‘si per sacra sollemnia rivos deducere nulla religio prohibet’ Macrobius Sat. I 7, 8 271 ‘insidias a. m.’ Arusianus p. 247 L. 272 Macrobius Sat. I 16, 12 III 3, 12 Priscianus 760 ‘si salubri fluvio mersare oves fas et iura permittunt’ Macrobius I 7, 8 ‘fluvio m. s.’ Aeron ad Hor. carm. IV 4, 65 273—275 ‘saepe etiam, ut celeberrimus poeta memorat, tardi costas . . . reportat’ Columella de r. r. VII 1, 3 273 Nonius 410, 18 ‘tardi c. a. a.’ Servius Aen. VII 463 274 ‘vilibus . . . pomis’ Servius ge. I 227 Aeron ad Hor. carm. I 20, 1 274 sq. ‘lapidem . . . reportat’ Priscianus 892 P. 276 sqq. ‘namque Vergilius etiam in numeros lunae digerenda quaedam pntavit Democriti secutus ostentationem.’ Plinius nat. hist. XVIII 32, 75 276 sqq. ‘ipsa . . . operum’ Arusianus p. 230 L. 277 ‘pallidus [Oreus]’ Claudio Sacerdos I 175 E. Servius ge. I 331

## VARIA LECTIO.

267 TORRENTE R SAXIS R fax<sup>o</sup> (*erasu a*) b 268 EXCER-  
 CERE P exerce<sup>re</sup> b 269 DIDVCERE M: cf. 114 270 Religio b relli-  
 gio Nonius pretendere γ sepem γ 272 flouio γ 273 COSTA<sup>S</sup>  
 (S m. 2 sup.) R agitatur γ1 afelle γ1 274 VILIS M ho-  
 neral c 275 INCVSSVM MPR incusum γbc VBE M 276 IPSE<sup>R</sup> (A  
 m. 2 sup.) P alio] ALIOS P 277 FELICES PRγbc QVINCTAM M  
 pallidof b HORCVS P secundum Hesiodi opera et dies 803 sq.:  
 ‘Hesiodus horeum quinta luna dicit natum. Celsus ut jurisurandi deum  
 pallidum dictum, quia iurantes trepidatione pallescent’ Servius. ORCVS  
 M Rγbc ‘Probus orchus legit, Cornutus vetat aspirationem addendum.’  
 Servius: cf. ad ge. III 223

- Eumenidesque satae; tum partu Terra nefando  
Coeumque Iapetunque creat saevomque Typhoea  
et coniuratos caelum rescindere fratres. 280  
ter sunt conati imponere Pelio Ossam  
seilicet, atque Ossae frondosum involvere Olympum;  
ter pater extractos disiecit fulmine montis.  
septuma post decumam felix et ponere vitem  
et prensos domitare boves et licia telae 285  
addere. noua fugae melior, contraria furtis.
- Multa adeo gelida melius se nocte dedere,  
aut cum sole novo terras inrorat eos.  
nocte leves melius stipulae, nocte arida prata  
tendentur noctis lentus non deficit umor. 290

## TESTIMONIA.

- 279 sq. Servius Aen. VIII 103 279 Philargyrus ge. II 460  
'Coeumque I. c.' Servius Aen. IV 228 280 Arusianus p. 220 L. Aeron  
ad Hor. carm. I 3. 39 281 sq. Aeron ad Hor. carm. III 4, 51  
281 schol. Lucani I 389 VI 412 'Pelion et Ossan' Probus 43, 17 K.  
282 Nonius 328, 15 287 'multa . . . melius s. n.' Maximi Victorini de finalibus 19 glossator 289 sq. Nonius 338, 16 'nocte leves . . . tendentur' Claudius Sacerdos I 162 E. 289 'nocte . . . stipulae' Julius Rufinianus 231 R. 290 'noctes . . . humor' Arusianus p. 224 L. schol. Hor. a. p. 26 Servius Aen. IV 7

## VARIA LECTIO.

- <sup>A</sup>  
278 HEVMENIDES R SATE M partum γι 278 sq. TVMT-  
PARTV TERRA NEFANDO · COEVVMQ · LAPYTV MQ ·  
CREAT · SAEVVMQ · THYPHOEA · (*suprascripta manu paulo recentiore,*  
*infra inter lin. eras. COEVMQVE IAPETVMQVE*) M 279 SAEVOM (9  
m. 2 corr. in V) P SAEVVM Rγb feuum c THYPOEA R thiphoea c  
280 coniuratus γι 281 conati sunt *schol.* Lucani I 389 INPONERE  
Pγ PELLIO (1 m. 2 add.) P pelion b1 Pelion Ossae z, *schol.* Lu-  
cani I 389 Pelio Ossam *Servius* 282 ABQVE R INVERTERE (corr.  
m. 2) P 283 EXSTRVCTOS M struetos γ di. sicut γ DEIECIT R  
'disiecit, deiecit' *Servius* MONTES Rbc 284 SAEPTIMA P SEP-  
TIMA Rybe DECIMAM PRγbc PONTERE M VITES R 285  
praensos b LICEA Pb1 telis c 286 fuge γ 287 melius gelida c  
288 VEL R inrotat c EOOS (0 m. 2 corr. in V) P 289 sti-  
pulae melius *Claudius Sacerdos, Rufinianus* 290 T. ONDENTVR (eras.  
post T vel E vel F vel I vel P) M noctis γb, Nonii exempl. 'noctis,  
accusativus pluralis' *Servius* NOCTES (E rad. ut vid. corr. in I) P NOC-  
TES R NOCTE M humor bc

et quidam seros hiberni ad luminis ignes  
pervigilat, ferroque faces inspicat acuto;  
interea longum cantu solata laboreni  
arguto coniunx perecurrit pectine telas,  
aut dulcis musti Volcano decoquit umorem      295  
et foliis undam trepidi despumat alieni.  
at rubicunda Ceres medio succiditur aestu,  
et medio tostas aestu terit area fruges.  
nudus ara, sere nudus; hiemps ignava colono.  
frigoribus parto agricolae plerumque frununtur,      300  
mutuaque inter se laeti convivia curant.  
invitat genialis hiemps curasque resolvit,  
ceu pressae cum iam portum tetigere carinae  
puppibus et laeti nautae imposuere coronas.  
set tamen et quernas glandes tum stringere tempus      305  
et lauri bacas oleamque cruentaque murga,

## TESTIMONIA.

292 'ferroque inspicat a.' schol. Lucani II 687      294 'arguto pec-  
tine' Servius ge. I 143      295 'dulcis musti' Quintilianus VIII 2, 10  
'Volcano d. u.' Macrobius V 14, 4      296 Gellius II 3      299 Do-  
natus in Ter. Phorm. II 1, 11      'nudus a. s. n.' Isidorus orig. VI 8,  
11 XVII 2, 6      302 Nonius 321, 9 schol. Hor. carm. III 19, 15      'in-  
vitat g. h.' schol. Hor. carm. III 17, 16      303 sq. 'ceu . . . puppibus'  
Nonius 364, 25      305 sq. 'sed . . . bacas' Nonius 403, 6      305 'sed . . .  
stringere' Servius ecl. IX 61      306 'cruentaque m.' Priscianus 640 P.

## VARIA LECTIO.

291 ad <i>in ras. b</i>	<sup>N</sup> <i>IGTVES M</i>	292 <i>PERVIGILA<small>NT</small> P</i>	294 <i>cf.</i>
<i>Aen. VII 14</i>	<i>CONIVX R</i>	<i>295 DVLCIS M</i>	<i>VOLCANO (0 pr. m. 2</i>
<i>corr. in V)</i>	<i>P VVLCANO MR<small>ybc</small></i>	<i>dequoq<small>n</small>...it γ dequoq<small>n</small>it c</i>	<i>hu-</i>
<i>morē bc</i>	<i>296 et ] aut Gellius</i>	<i>trepidi γ, Servius, Gellius TEPIDI</i>	<i>R</i>
		<i>(R m. 2 sup.) P TREPIDIS MR</i>	<i>dispumat b</i>
		<i>in optimis libris scrip-</i>	<i>tum invenimus: . . . aheni' Gellius aheni Servius AENI MP<small>ybc</small> AENIS R</i>
	<i>299 'sane quidam post hoc hemistichium dicit subsecutus: habebis</i>		<i>V</i>
<i>frigore febres.' Servius</i>	<i>&amp; fere c</i>	<i>300 FERVNTVR (V supraser. col.</i>	
<i>rubro) M</i>	<i>303 caeu γ</i>	<i>PRAESSAE R</i>	<i>304 = Aen. IV 418 IN-</i>
<i>POSVERE P<small>ybc</small></i>	<i>305 SED MR<small>ybc</small></i>	<i>QVENBAS (corr. m. 2) P</i>	<i>GLAN-</i>
<i>(GLAND m. ant. in ras.) R</i>	<i>tune c, Nonius, Servius ecl. IX 61</i>		<i>DES</i>
<i>306 lauri . . . bacaf c</i>	<i>MYRTA MRyb, Prisciani exempl.</i>		

tum gruibus pedicas et retia ponere cervis  
auritosque sequi lepores, tum figere daminas  
stuppea torquentem Balearis verbera fundae,  
cum nix alta iacet, glaciem quom flumina trudunt. 310

Quid tempestates autunni et sidera dicam,  
atque, ubi iam breviorque dies et mollior aestas,  
quae vigilanda viris; vel cum ruit imbriferum ver,  
spicea iam campis cum messis inhorruit et cum  
frumenta in viridi stipula lactentia turgent? 315  
saepe ego, cum flavis messorem induceret arvis  
agricola et fragili iam stringeret hordea culmo,  
omnia ventorum concurrere proelia vidi,  
quae gravidam late segetem ab radicibus imis  
sublimem expulsam eruerent, ita turbine nigro 320  
ferret hiemps culmumque levem stipulasque volantis.

## TESTIMONIA.

308 'auritos lepores' Macrobins Sat. VI 5, 6 309 'Baleares' Probus 43, 18 K. 'Balearis v. f.' Isidorus orig. XIV 6, 44 schol. Lucani I 229 311 Nonius 407, 27 312 Probi inst. I 9, 10 313 'quae v. v.' Maximi Vict. ars 21 'vigilanda v.' Phocae ars 21 'eum ruit i. v.' Seneca qu. n. IV 4, 2 Servius ge. III 429 'ruit i. v.' Servius Aen. VIII 429 schol. Lucani V 413 315 'frumenta... stipula' de gen. nom. 79 H. 318 'transire convenit ad reliqua tempestatum praesagia, quoniam et hoc plenissime Vergilio magnopere video, siquidem in ipsa messe saepe concurrere proelia ventorum damuosa imperitis refert.' Plinius nat. hist. XVIII 35, 78 320 Apud Priscianum 1006 videtur hic locus excidisse, ubi nunc in libris legitur: 'in primo georgicon: sublime volans' (Aen. X 662) v. M. Hertzii adnotationem

## VARIA LECTIO.

307 ..pedicaf <i>in ras.</i> γ	308 fi. gere (u m. 1) γ	DAMAS R	309
■■■	■■■		
TORQVENTES R TORQVENTEM ( <i>punct. rubr.</i> ) M	310 QVOM M CVM <i>P</i> <i>Rybe</i> trudunt ( <i>tr e corr.</i> ) γ	311 AVCTVMNI P	312 ADQVE R
313 vel] t <i>in ras.</i> b	imbrife. rum γ	314 SPICEA G P	MES-
SIT M in. horruit b	cum		ME-
ETIAM (IA <i>eras.</i> , cum m. rec.) P			S-
C			IN
TENTIA R LATENTIA M lactantia γ2c lactentia <i>Servius</i>			316 DV-
CERET M 318 CONSVRGERE R	319 LATAE M RADICIMVS P		
320 Subline c EXPVLSA <sup>M</sup> (M m. 2 sup.) P	321 ferret hiemps		
<i>Ladericus dictum putat hypothetice</i> ('hiemps si esset'). VOL	cumulum b		
uolantif γ VOLANTES MRbc NIGRANTIS (VOL m. 2 sup., IS m. 2 <i>corr. in ES</i> ) P			

saepe etiam immensum caelo venit agmen aquarum,  
et foedam glomerant tempestatem imbris atris  
collectae ex alto nubes; ruit arduus aether,

et pluvia ingenti sata laeta bouisque labores  
diluit; implentur fossae et cava flumina crescent  
cum sonitu fervetque fretis spirantibus aequor.

ipse pater media nimborum in nocte corusca  
fulmina molitur dextra: quo maxima motu

terra tremit; fugere ferae et mortalia corda  
per gentes humilis stravit pavor: ille flagrant  
aut Athon aut Rhodopen aut alta Ceraunia telo

deiecit; ingeminant austri et densissimus imber.

[nunc nemora ingenti vento, nunc litora plangunt.]

hoc metuens caeli menses et sidera serva,

325

330

335

## TESTIMONIA.

322 schol. Stat. Theb. I 356      324 'ruit a. a.' Nonius 380, 4  
 325 'sata l. b. l.' Servius in ge. I 22      328 sq. 'ipse ... dextra' Nonius  
 430, 22 Servius in Aen. I 89      329 sq. 'quo ... tremit' Servius in ge.  
 I 26      330—333 'et ... deicit' Acrou ad Hor. carm. I 16, 11      331  
 'per ... pavor' schol. Persii II 6      334 Servius Aen. III 420      335  
 Nonius 387, 29      'caeli ... serva' Philargyrus ge. IV 100      'ideo  
 Vergilius errantium quoque siderum rationem ediscendam praecepit ad-  
 monens observandum frigidae Saturni stellae transitum' Plinius nat.  
 hist. XVIII 25, 57

## VARIA LECTIO.

322 INMENSVM Ryc      323 *Inde ab hoc versu usque ad II 139 deficit P*      325 sata . . . labores = Aen. II 306      326 inplentur γ      327  
 spiranti<sup>b</sup> c SPVMANTIBVS R spirantibus Servius      329 molitur (I in  
 ras.) b MAXIMA Rybc      330 FERE M et om. Martinus: cf. Lach-  
 mannus Lucr. 198      331 gentif yb IVMILI R humilis Servius  
 FLAGRANTIS R      332 Atho secundum Theocritum VII 77 Heinsius:  
 cf. Servius Aen. XII 701 Athon Valerius Flaccus      rodopen γ . ce-  
 raunia (sed au e corr., m. 1 fort. v vel y) γ      333 DEIECIT R DEIECIT  
 M: cf. Lachmannus in Lucr. 128 deicit ybc      ingeminans; Reiskius  
 et] ſET M      334 aut male a poeta positum aut interpolatum esse  
 iudicavi in lect. Verg. 5. Cf. 359 PLANGN M PLANGIT Rb  
 'plangit . . . alii plangunt legunt, ut sit nemora et litora plangunt, i. r.  
 resonant' Servius. plangunt testatur idem Aen. III 420      335 hoc me-  
 tuens] quod super est, Nonius ut II 346 IV 51

frigida Saturni sese quo stella receptet;  
 quos ignis caelo Cullenius erret in orbis.  
 in primis venerare deos, atque annua magnae  
 sacra refer Cereri laetis operatus in herbis  
 extremae sub casum hiemis, iam vere sereno, 340  
 tum pingues agni et tum mollissima vina,  
 tum somni dulces densaeque in montibus umbrae.  
 cuneta tibi Cererem pubes agrestis adoret:  
 quoi tu lacte favos et miti dilue Baccho,  
 terque novas circum felix eat hostia fruges, 345  
 omissis quam chorus et socii comitentur ovantes,  
 et Cererem clamore vocent in teeta; inque ante  
 falcem maturis quisquam supponat aristis,  
 quam Cereri torta redimitus tempora queret  
 det motus incompositos et carmina dicat. 350

Atque haec ut certis possemus discere signis,

## TESTIMONIA.

336 sq. Probus 43, 20 K. Seneca epist. 88, 14      336 Servius eel. VIII 71 Isidorus de nat. rer. 23 schol. Iuvenal. VI 569 schol. Statii Theb. I 305      337 Arusianus p. 239 L. Servius Aen. IV 239      338 sq. 'annua . . . herbis' Donatus in Ter. adelph. II 3, 8      339 Aerom ad Hor. carm. III 14, 6      'saera r. C.' schol. Hor. serm. II 8, 79 'laetus . . . herbis' schol. Iuvenal. XII 92 Nonius 523, 17 Servius Aen. III 136      340 'extremae . . . hiemis' Servius ge. I 43      341 Aerom ad Hor. carm. I 4, 11      'quamvis Vergilius vina dixerit' Charisius 22 344 Maerobius Sat. III 11, 1.9      'eui tu favos' Terentianus Maurus 682      345 Maerobius Sat. III 5, 7 Servius eel. III 77      351 sqq. cf. Maerobius V 16, 5

## TESTIMONIA.

336 cum stella receptat *schol. Iuvenal.*      337 CAELO M, *Probus CAELI Rybe, Servius, Seneca, Arusiani Gu.*      CYLLENIVS MYBE errat *Arusiani Gu.*      ORBES Rbc      339 referrer γι      CAERERI R  
 laeti. f (u. m. l) γ      ORBIS (A sup. in ras., fuit HE), in mg. HERBIS M aruis γ, Aerom      340 CASVM M, *Serrius casum (in eras.) γ CASV R*  
 341 tune γc, *schol. Hor. in ed. Fabr., Serrius* PINGVES AGNI MR pinguis agui γ agni pingues cz, *Serrius* et tune γ tum fuit Arundel. unus fuit, tum Mead.      344 QVΘT M CVI Rybe      345 oftia γ FRYGES M      346 comitantur γι      348 arifl. if c      349 QVAERCV M  
 351 ADQVE R      POSSEMVS (I col. rubro) M possimuf γει      DI-  
 NO CERE R DISCERE M

aestusque pluviasque et agentis frigora ventos,  
ipse pater statuit, quid menstrua luna moneret,  
quo signo eaderent austri, quid saepe videntes  
agricolae proprius stabulis armenta tenerent. 355  
continuo ventis surgentibus aut freta ponti  
incipiunt agitata tumescere et aridus altis  
montibus audiri fragor, aut resonantia longe  
litora misceri et nemorum increbescere murmur.  
iam sibi tum curvis male temperat unda carinis, 360  
quom medio celeres revolant ex aquore mergi  
clamoremque ferunt ad litora, cumque marinae  
in seco ludunt fulicae, notasque paludis  
deserit atque altam supera volat ardea nubem.  
saepe etiam stellas vento impendente videbis 365  
praecipites caelo labi, noctisque per umbram

## TESTIMONIA.

352 Beda de metris 2375 P. 355 'propins . . . tenerent' Priscianus 1173 P. Arnsiannus 254 L. Diomedes 405 P. Servius Aen. VII 556 Philargyrus ge. IV 47 356—358 'continuo . . . fragor' Servius Aen. X 98 356—359 schol. Lucani V 551 357 sq. 'et . . . fragor' Nonius 245, 4 357 'incipiunt a. t.' Quintilianus VIII 3, 47 358 sq. 'et resonantia . . . murmur' Nonius 427, 20 360 Priscianus 1163 Donatus in Ter. Phorm. II 1, 41 Arnsiannus p. 264 L. 361, 360 schol. Lucani V 553 362 'clamorem . . . litora' Marins Plotius p. 263 G. 363 sq. Seneca nat. qu. VII 28 'notasque . . . nubem' schol. Lucani V 554 365—367 Isidorus de nat. rer. 25 'vento i. v. 367' Servius Aen. II 694

## VARIA LECTIO.

352 AESTVSQ<sup>·</sup>, (ET suprascr. et comma col. rubro) M cf. 371  
Aestusq; . . . c PLVVIASQ<sup>·</sup> (linea rubra suprap.) M AGENTES Re  
fulgura γ 353 moneret γ 354 quid γ quod c 355 proprii. f(um.1) γ  
357 ARDVVS R aridaſ c1 358 aut] et Nonius, schol. Luc. in cod. Voss. 359 aut schol. Lucani in cod. Voss. increbescere b 360 CVRVIS My, Servii, Donati, Prisciani Vind. N, Par. r A CVRVIS Rbc, Arusianus, Prisciani ω, schol. Lucani 361, 360 hoc ordine schol. Lucani c E  
361 QVÖM M CVM Rγb AEQVORA M 362 clangorem secundum Arati Dios. 187\*(919) coni. Heynus eū in ras. b 363 PA-LVDES Rbc 364 ADQVE R supera volat] super anolat Moret. quart., Vratisl. supernolat Parrh., Senecae Bamb. SVPRA VOLAT MRγbc cum plerisque 366 om. Serrius Aen. II 694 umbras c1, Isidorus

flammarum longos a tergo albescere tractus;  
 saepe levem paleam et frondes volitare caducas,  
 aut summa nantis in aqua colludere plumas.  
 at Boreae de parte trucis cum fulminat, et cum  
 eurique zephyrique tonat domus: omnia plenis  
 rura natant fossis, atque omnis navita ponto  
 umida vela legit. numquam imprudentibus imber  
 obfuit: aut illum surgentem vallibus imis  
 aëriae fugere grues, aut bucula caelum  
 suspiciens patulis captavit naribus auras,  
 aut arguta lacus circumvolitavit hirundo  
 et veterem in limno ranae cecinere querellam.  
 saepius et tectis penetralibus extulit ova  
 angustum formica terens iter, et bibit ingens  
 arcus, et e pastu decadens agmine magno  
 corvorum increpuit densis exercitus alis.

## TESTIMONIA.

367 Seneca nat. qu. I 14 VII 20 Macrobius Sat. VI 1, 26 schol.  
 Lucani V 562 ‘flammarum . . . tergo’ Marinus Plotius p. 263 G.  
 369 ‘nantes’: cf. Claudius Sacerdos I 84 E. 371 ‘eurique . . . domus’  
 Beda 2376 P. 371 sq. ‘omnia . . . fossis’ Aeron ad Hor. carm. III 17,  
 10 ‘omnia . . . ponto’ Servius ge. I 429 372 sq. ‘atque . . . legit’  
 Nonius 332, 8 373 sq. ‘numquam . . . obfuit’ Priscianus 984 374 sq.  
 ‘aut . . . grues’ Servius Aen. X 266 377 ‘arguta hirundo’ Probus 9,  
 22 K. 378 Probus 44, 5 K. Servius Aen. IV 463 379 sq. ‘saepius  
 . . . iter’ Charisius 193 380 sq. ‘et bibit i. a.’ Seneca nat. qu. I 6, 1  
 schol. Lucani IV 81

## VARIA LECTIO.

367 stellarum longos a tergo *Seneca loco priore* longos, a tergo  
 flammarum *idem posteriore* flammarum a tergo longos *schol. Lucani* al-  
 bescere *Isidori Bamb. A et B m. i* involvere *Macrobius*. ὑπολευκαίρον-  
 ται *Aratus*: cf. *Plinius nat. hist. XVIII* 35. 80 369 nantef *be* aquaf  
 b1 CONLVDERE *Rybe* 370 ARBOREAE *M* 371 EVRIQ<sup>T</sup> (ET su-  
 prascr. col. rubro) *M*: cf. 352 zephiri γ zepheri c 372 forfif γ<sup>I</sup>  
 373 VMIDA (H col. rubro) *M* legunt γ imprudentibus c<sup>IN</sup> PRV-  
 DENTIB<sup>U</sup> *M* ‘alii in racare volunt, alii augentis habere significationem’  
*Servius imprudentibus testatur Priscianus* 374 OFFVIT *Rbe* sur-  
 em genti... (eras. fort. bnf) γ 376 CAPTABIT *R* aure. c1 378  
 aut γ QVAERELLA<sup>V</sup> *M* 381 PASTVS *M* pasto c agmine... magno  
 (m post. sic o) γ

iam variae pelagi volucres et quae Asia circum  
dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri,  
certatim largos immeris infundere rores: 385  
nunc caput obiectare fretis, nunc currere in undas  
et studio incassum videas gestire lavandi.  
tum cornix plena pluviam vocat improba voce  
et sola in secca secum spatiatur harena. 390  
ne nocturna quidem carpentes pensa puellae  
nescivere hiemem, testa cum ardente viderent  
scintillare oleum et putris concrescere fungos.

Nec minus ex imbris soles et aperta serena  
prospicere et certis poteris cognoscere signis:  
nam neque tum stellis aries obtusa videtur, 395

## TESTIMONIA.

- 383 sq. 'et quae... Caystri' Servius Aen. VII 701 Probus 44, 11 K.  
384 Nonius 382, 11 387 Donatus in Ter. enn. III 5, 7 Nonius 32,  
29, 317, 8 Macrobius Sat. V 14, 10 388 sq. Servius ge. I 362 schol.  
Lucani V 556 388 Quintilianus V 9, 15 Isidorus orig. XII 7, 44 Por-  
phyrio ad Hor. carin. III 27, 10 Nonius 220, 30 389 schol. Persii  
V 12 Servius Aen. IV 462 390 sq. 'nec nocturna... hiemem' Nonius  
252, 2 391 'testa' Charisius 23, 118 P. 391 sq. 'testa... oleum'  
idem 49 Servius Aen. I 177 IV 254 392 Seneca nat. qu. VII 28, 1  
393 sq. 'et... prospicere' Servius Aen. VIII 523 395 sq. Gellius VI  
17 395 Servius in Aen. I 480 III 517

## VARIA LECTIO.

383 nariae γ uariaf (l m. 2 in ras.) c nariaf b et quae γbc, *Servius ADQVE R ATQ. M atque Probus* 'iam varias p. v. et quae Asia circum... Caystri; haec est vera lectio... nam si iam variae legeris, sensus nulla ratione procedit.' *Servius* 384 caiftri γ Cahystri *Nonius*

385 *Alii omnes infinitivos a videas pendere voluerunt: quod cui placuerit, poterit etiam in v.* 384 *extremo fortiter distinguere* 386 OB-

LECTARE ut vid. R INVNDAS M INDAM (sup. m. 2) R in undā γ  
G

387 SESTIRE M gefti. re (fort. a m. 1, γ 388 tunc *Nonius, Isidorus*

pleni b pluuiā. c improba γc 389 arena γ arena b Post  
389 ET CAPVT OBIECTAT QVERVLVM VENIENTIB- VNDIS- ima margine  
col. rubro m. rec. add. M, item γ in mg. (sed aut pro et) 390  
Nec (ee in ras.) b nec *Nonius* carpenteſ (ef in ras.) b 391

NESCRIVERE M 392 scintil<sup>la</sup> re (il e corr.) γ PVTRES Re 393 EX-  
IMBRES R 395 tunc astris *Gellius* OBTVSA Rybc2 *Servius in*  
*Aen. I 480* videri *Gellius*

nee fratris radiis obnoxia surgere Luna,  
tenuia nec lanae per caelum vellera ferri;  
non tepidum ad solem pinnas in litore pandunt  
dilectae Thetidi aleyones, non ore solutos  
immundi meminere sues iactare maniplos. 400  
at nebulae magis ima petunt campoque recumbunt,  
solis et occasum servans de culmine summo  
neququam seros exerceat noctua cantus.  
apparet liquido sublimen in aëre Nisus,  
et pro purpureo poenas dat Scylla capillo: 405  
quacumque illa levem fugiens secat aethera pinnis,  
ecce inimicus atrox magno stridore per auras  
insequitur Nisus; qua se fert Nisus ad auras,  
illa levem fugiens raptim secat aethera pinnis.  
tum liquidas corvi presso ter gutture voces 410  
aut quater ingeminant, et saepe cubilibus altis  
nescio qua praeter solitum dulcedine laeti

## TESTIMONIA.

- |  |   |
|--|---|
| 396 schol. Stat. Theb. II 146<br>124      'tenuia': cf. Probi ars m. 522 E.  | 397 Beda 2371 P. schol. Lucani IV<br>'tenuia ut dixit poeta nubis<br>ire vellera' Terentianus Maurus 755      'tenuia nee l.' Pompeius p. 53 L. |
| 399 'dilectae T. a.' Probus 44, 15 K. Arusianus p. 225 L. 400<br>'immundi m. s.' de gen. nom. 98 H. 401 'at . . . petunt' Servius ecl. VI 38      403 Servius ge. I 192      404 Servius in Aen. I 118      409<br>Probi inst. I 9, 10      410 sq. 'tum . . . ingeminant' Aeron ad Hor. carm. I 24, 3      'liquidas . . . ingeminant' Diomedes p. 412 P. 410 Servius ge. I 388 |   |

## VARIA LECTIO.

- |   |   |
|---|---|
| 396 fulgere Schraderus<br><i>vid. eras.)</i> γ uellare γι<br>LITORA M | 397 TENVVIA Ē NEC M ten.uia (u ut<br>E)<br>398 PINNAS (E col. rubro) M pennaf bc<br>aleyones: cf. Lachmannus Lucr. 165<br>'ore solutos . . . ali soluto ore accipiunt' Servius<br>AD R      403 NEC QVI C QVAM M      404 SVBLIME.S R SVBLIMIS Mγbc<br>AETHERE R (ut 406 aëra Arundel.)      405 propurree γ pro purpo-<br>reco Mentel. pr.      406—409 = Ciris 537—540      406 quamecumque γ<br>pennif c      408 QVAS EFERT M      409 RATVM M      pennif bc<br>410 LIQVIDOS M      PRAESSO R      GVT T VRE (sic) R      412 cf. IV 55<br>PRAETOR M      LETI M |
|---|---|
- RIBBECK, VERGIL. 7

inter se in foliis strepitant; iuvat imbribus actis  
progeniem parvam dulcisque revisere nidos:  
haut equidem credo, quia sit divinitus illis 415  
ingenium aut rerum fato prudentia maior;  
verum ubi tempestas et caeli mobilis umor  
mutavere vices et Iuppiter uvidus austris  
denset erant quae rara modo, et quae densa relaxat,  
vertuntur species animorum, et pectora motus 420  
nunc alios, alios dum nubila ventus agebat,  
concipiunt: hinc ille avium concentus in agris  
et laetae peccundes et ovantes gutture corvi.

Si vero solem ad rapidum lunasque sequentes  
ordine respicies, numquam te crastina fallet 425  
hora, neque insidiis noctis capiere serenae.  
luna, revertentes quom primum colligit ignis,  
si nigrum obseculo comprenderit aera cornu,  
maximus agricolis pelagoque parabitur imber:

## TESTIMONIA.

415 'haut e. c.' Probi inst. I 9, 5      'hand e.' Marinus Victorinus  
2462 P.      418 sq. 'et Iuppiter ... relaxat' Priscianus 838 P.      419 Servius in ge. I 393 Aen. V 20 Eutychius II 14      422 'ille avium con-  
centus' Quintilianus V 9, 15      423 Nonius 340, 28      424—426 Seneca  
epist. 88, 16      427—429 Seneca suasor. III 5      428 Nonius 359, 23  
429 Probi inst. I 9, 10

## VARIA LECTIO.

413 in eras. c      fe in suprascer. b      414 DVLCEQVE (S m. 2 sup.)  
R dulcesque c      415 HAVD Mb      divinus Joannes Sarisberiensis de  
nug. cur. II 2 divinitus etiam Servius      417 mobilis γ2 molibus γ1  
VMOR (II rubr.) M humor b      418 uices Arundel., Marklandus ad  
Statii silv. V 2, 152 ni. af (i et a e corr.), ut m. 1 scriptum fuisse videatur  
uices γ VIAS MRbc      VMHDVS Rγb, Prisciani exempl.      419 DEN-  
SET Rγbc, Servii exempl.: testantur Priscianus et Eutychius DENSET  
(A rubr.) M      420 pectore b2      421 Tunc (T e corr., fort. ex N) γ  
422 HIC M      CONTENTVS M      in auris Schraderus      423 LAETE M  
424 lunaē (e eras.) γ stellas Seneca      426 nec Seneca      427 reuer-  
tentif γb1      CVM Rγbc      IGNES Rbc      428 OBSCVRÆ M      con-  
prenderit γc      aer <sup>a</sup> γ aere Seneca      429 MAXIMVS Rγbc

- at si virginem suffuderit ore ruborem, 430  
 ventus erit; vento semper rubet aurea Phoebe,  
 sin ortu quarto (namque is certissimus auctor)  
 pura neque optunis per caelum cornibus ibit,  
 totus et ille dies et qui nascentur ab illo  
 exactum ad mensem pluvia ventisque carebunt, 435  
 votaque servati solvent in litore nautae  
 Glaucō et Panopeae et Inoo Melicertae.  
 sol quoque et exoriens et cum se condet in undas,  
 signa dabit; solem certissima signa secuntur,  
 et quae mane refert et quae surgentibus astris. 440  
 ille ubi nascentem maenulis variaverit ortum  
 conditus in nubem medioque refugerit orbe,  
 suspecti tibi sint imbreſ; namque urget ab alto

## TESTIMONIA.

430 sq. 'at . . . erit' schol. Lucani V 548      431 'vento . . . Phoebe'  
 Aldhelmus in A. Mai anet. class. V 514      'vento rubet a. P.' Quintiliānus V 9, 15      432—435 schol. Lucani I 218      432 Isidorus de nat. rer. 38 schol. Germanici p. 112 B.      'sin . . . auctor, lucidus orbis erit'  
 (459) Priscianus 1171      433 Aerōn ad Hor. carm. III 10, 8      'si pura . . . ibit' Seneca suasor. III 5      434 Pompeius p. 243 L.      437 Probus 44, 26 K. Marinus Victorinus 2471, 2474 P. Maerobius Sat. V 17, 19  
 Gellius XIII 27 Charisius 4 P. Probi inst. I 15: cf. Meineke anal. Alex. p. 285      'et Inoo M.' Cledonius 1891 P.      438 'et cum . . . undas' Arusianus p. 240 L.      441 sqq. 'item idem Virgilins dicit, si sol in ortu suo maenulos sit atque sub nube latens aut si dimidia parte apparuerit, imbreſ futuros' Isidorus de nat. rer. 38, 4 schol. Germ. p. 108 B.  
 'ille . . . nubem' schol. Lucani V 456      442 'conditus in nubem' Servius in Aen. I 176 II 401 Arusianus p. 240 L. Pompeius p. 400 L.  
 'medioque r. o.' Arusianus p. 258 L. schol. Lucani V 541

## VARIA LECTIO.

- 430 AD R AVT M aut schol. Lucani ora γ 432 quartu γI  
<sup>AM</sup>  
 NEQVE M 433 nec γ, Acron, Seneca OBTVNSIS RγI obtu. sis c  
<sup>S</sup>  
 OPTVSIS M obtufif b 434 NASGETVR R 435 carebit schol. Lucani  
 436 AD LITORA R Glaucoque Wagnerus quaest. Virg. XI 3: hiatum testatur Charisius PANOPIAE M MELICERTE R MELICERTI M  
 melicertes Charisi cod. 438 QVOQ-EXORIENS M condit γ, Arusianus cundet b1 DAS (m. rec. sup.) R 439 SEQVVNTVR (V alt. in ras., fuit fort. E) R SEQVENTVR Mb1c 440 QVAE MA::N::E M  
 AVSTRIS M 442 nube. c 443 VRGETALTO (m. rec. sup.) R urgnet b  
<sup>AB</sup>

arboribusque satisque notus pecorique sinister.  
 aut ubi sub lucem densa inter nubila sese 445  
 divorsi rumpent radii, aut ubi pallida surge  
 Tithoni croceum linquens Aurora cubile,  
 heu male tum mitis defendet pampinus uvas:  
 tam multa in tectis crepitans salit horrida grando.  
 hoc etiam, emenso cum iam decedit Olympo, 450  
 profuerit meminisse magis; nam saepe videmus  
 ipsius in voltu varios errare colores:  
 caeruleus pluviam denuntiat, igneus euros;  
 sin maculae incipient rutilo inniscerier igni,  
 omnia tum pariter vento nimbisque videbis 455  
 fervere. non illa quisquam me nocte per altum  
 ire neque a terra moveat convellere funem.  
 at si, cum referetque diem condetque relatum,

## TESTIMONIA.

445 Servius ge. I 67 ‘sub . . . sese’ Priscianus 1105 P. 445 sq.  
 ‘aut . . . radii’ Servius Aen. I 662 446 Maximus Victorinus de ratione metr. (5,2) 1968 P.: cf. Lachmannus Lucr. 26 448 Asper 111,9 K.  
 449 Nonius 208, 7 ‘quam multa in t.’ Terentianus Maurus 1240  
 454—456 ‘sin . . . fervere’ schol. Lucani V 544 455 sq. ‘omnia . . .  
 fervere’ Nonius 464, 11 456 sq. ‘non illa . . . funem’ Priscianus 1004  
 ‘non . . . ire’ Servius ge. III 435 ‘non . . . ire moneat’ Servius  
 ge. II 475 457 ‘ire . . . moneat’ Probi inst. I 7, 4

## VARIA LECTIO.

<sup>b</sup> 444 notuf *yb* pecor.. *b* 445 ubi *γ1* VBI *MRγ2bc* 446 di-  
 uorfi *χ* DIVERSI *MRybc* RVMPVNT *R*, *Servii Aen.* I 662 *exempl.*,  
*sed rumpent ad nostrum locum.* RVMPENTV *M* pallada *b1* SVR-  
 GIT *Rb1* 448 NITIS *M* mitef *bc* defend& *γ* defendit *c* PAMPINVS  
 (*M m. ant. in ras.*) *R* 449 tum *χ* quam *Terentianus Maurus*, *Nonius*.  
 quom? *orrida γ* 450 etmenfo *b1* CVM *M* dec& *γ* dec& *c*  
*decedet b* 452 uoltu *γ* VVLTV *MRb* 453 CAERVLÄEV<sup>E</sup>S *M* de-  
*nuñiat (nuñi in ras.) b* EVRVS *R* 454 SI *R* INCIPIVNT *M* INCI-  
 PIVNT *Rγ* ruti.lo *b* INMISCERER (*m. rec. sup.*) *R* 455 tune *No-*  
*niius* nymbif *γ* 456 NOTE *R* 457 A *Rybc*, *Prisciani codd.* AT *M*  
*N* ab *Probi inst. cod.* MOVEAT *M* MONEAT *Rybc*, *Probi inst.*, *Prisciani*  
*codd.* nisi quod moneant *Reg.* 458 AD *R* CONCEDET (CE eras.) *M*

- lucidus orbis erit, frustra terrebere nimbis,  
et claro silvas cernes aquilone moveri. 460
- denique quid vesper serus vehat, unde serenas  
ventus agat nubes, quid cogitet umidus auster,  
sol tibi signa dabit. Solem quis dicere falsum  
audeat? ille etiam caecos instare tumultus  
saepe monet fraudemque et operta tumescere bella. 465
- ille etiam extincto miseratus Caesare Romam,  
cum caput obscura nitidum ferrugine texit,  
inpiaque aeternam timuerunt saecula noctem.
- tempore quamquam illo tellus quoque et aequora ponti  
obseenaeque canes importunaeque volucres 470
- signa dabant. quotiens Cyclopum effervere in agros  
vidimus undantem ruptis fornacibus Aetnam,  
flammarumque globos liquefactaque volvere saxa!  
armorum sonitum toto Germania caelo  
audiit, insolitis tremuerunt motibus Alpes. 475

## TESTIMONIA.

- 459 Cf. ad 432 461 — 463 ‘denique . . . dabit’ Iulius Rufinianus  
240 R. 461 sq. ‘unde serenas . . . nubes; hoc est siccas’ Nonius 175, 9  
463 ‘sol . . . dabit’ Terentianus Maurus 611 464 sq. ‘ille . . . mon-  
net’ Acron ad Hor. carm. IV 4, 47 467 sq. schol. Lucani I 540  
467 Servius Aen. VI 303 470 Isidorus orig. I 36, 12 Beda de tropis  
381 B. ‘importunaeque v.’ schol. Lucani I 558 472 schol. Lucani I 545  
474 sq. ‘armorum . . . audiit’ schol. Iuvenal. XI 112 schol. Lucani I 569.  
578 475 ‘insolitis . . . Alpes’ schol. Lucani I 553 Isidorus de nat. rer. 46

## VARIA LECTIO.

- 459 TERRAEBERE *Mb1* 460 cernet filuaf *b* 461 uehat *bc*, veteres  
neat γ FERAT *M* FERAT *R* SERENAS *MRγ*, Rufinianus, testatur No-  
nius. Potest autem vel haec participii forma haberi, ut satis fiat eis,  
qui vel serenans ut Reiskius, vel serenus ut Schraderus scribendum  
esse statuunt. ferenuf *b1* 462 Eurus agat eidem humiduf γ 467  
capud *b* obscurum Titan *schol. Lucani* 468 secula γ mortem  
*schol. Lucani* 469 TEMPOR<sup>E</sup>A *M* tempora *c1* quoque & γ  
PO<sup>I</sup>NVS (1 rubr.) *M* 470 OBSCENI *Ryb* *cψ*, Isidorus, Beda INPOR-  
TVNAE *Ryb* 471 quotief<sup>n</sup> *b* EFFRVERE *M*<sup>e</sup> feruere *b* 472 undar-  
rum *schol. Lucani* AETHNAM *R* 474 ARMORVMQVE *R* sonitus  
toto c sonitu tota *schol. Iuven.* caelo (c1 e corr.) γ 475 AVDIT *R*  
INSOLITIS (Lin ras.) *R* MOTIBVS (N m. 2) *R* MONTIB· *M* motibuf *b*

vox quoque per lucos volgo exaudita silentis  
ingens, et simulacra modis pallentia miris  
visa sub obscurredum noctis, pecudesque locutae —  
infandum! sistunt annes terraeque dehiscunt,  
et maestum inlacerimat templis ebur aeraque sudant.  
proluit insano contorquens vertice silvas  
fluviorum rex Eridanus, camposque per omnes  
cum stabulis armenta tulit. nec tempore eodem  
tristibus aut extis fibrae apparere minaces  
aut puteis manare crux cessavit, et altae  
per noctem resonare lupis ululantibus urbes.  
non alias caelo ecclerunt plura sereno  
fulgura, nec diri totiens arsere cometae.  
ergo inter sese paribus concurrere telis  
Romanas acies iterum videre Philippi;  
nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro  
Emathiam et latos Haenii pinguescere campos.  
scilicet et tempus veniet, cum finibus illis

## TESTIMONIA.

476 sq. 'vox . . . ingens' schol. Lucani I 569	476 schol. Lucani I 578
478 sq. 'peccundesque l. infandum' Maximi Victorini ars 25 schol. Lucani I 561	480 'aeraque s.' schol. Lucani I 557
481 sq. 'proruit . . . Eridanus' Aeron ad Hor. carn. IV 4, 66	482 'fluviorum r. E.' Cledonius 1885 Beda 2371 P. Marius Victorinus p. 90 G. Diomedes p. 499 P. Pompeius p. 57 L. Servius Aen. II 16 VI 659 VIII 77
485 schol. Statius Theb. IV 374	485 sq. 'et . . . urbes' schol. Lucani I 560
487 sq. schol. Lucani I 529	'non . . . fulgura' Isidorus de nat. rer. 30
'nec . . . cometae' Isidorus de nat. rer. 26	488 sq. schol. Lucani I 694
491 sq. 'bis . . . campos' schol. Lucani VII 853	492 Probus 45, 5 K.

VARIA LECTIO.

agricola incurvo terram molitus aratro  
 exesa inveniet scabra robigine pila, 495  
 aut gravibus rastris galeas pulsabit inanis,  
 grandiaque effossis mirabitur ossa sepulchris.  
 di patrii indigetes et Romule Vestaque mater,  
 quae Tuscum Tiberim et Romana Palatia servas,  
 huic saltem everso iuvenem succurrere saeclo 500  
 ne prohibete! satis iam pridem sanguine nostro  
 Laomedontae luimus periuria Troiae;  
 iam pridem uobis caeli te regia, Caesar,  
 invidet, atque hominum queritur curare triumphos;  
 quippe ubi fas versum atque nefas: tot bella per orbem, 505  
 tam multae scelerum facies; non ullus aratro  
 dignus honos, squalent abductis arva colonis,  
 et curvae rigidum falces conflantur in ensem.  
 hinc movet Euphrates, illinc Germania bellum;  
 vicinae ruptis inter se legibus urbes 510  
 arma ferunt; saevit toto Mars impius orbe:  
 ut cum carceribus sese effudere quadrigae,

## TESTIMONIA.

499 Aeron ad Hor. carm. I 20, 5      501 sq. 'iam . . . Troiae' Servius  
 in Aen. I 2      504 Priseianus 1166      506 sq. 'non . . . honos' Servius  
 ge. IV 326 Aen. VI 103      508 Nonius 380, 25 Servius Aen. XII 304  
 'recoquunt patrios fornacibus enses (Aen. VII 636) et curvae . . .  
 ensem' Macrobius sat. VI 1, 63      509 'hinc m. E.' Probi inst. I 17, 6  
 510 sq. Servius ecl. IV 13      512—514 Quintilianus VIII 3, 78  
 512 'sese e. q.' Marius Victorinus 2472 P.

## VARIA LECTIO.

495	exeffa <sup>c</sup> b1	SABRA M	robigine <sup>v</sup> b	496 PVLSAVIT R
INANES R	497 SEPVLCRIS R	498 PATRI M	499 qui <sup>c</sup> z, <i>Aeron</i>	
500 SALTIM R	fucurre <sup>te</sup> b	502 loimuf <sup>v</sup> LVMIVS R	503	
CAEVNOBIS (LI <i>m. rec.</i> ) R	504 ADQVE R	QVAERITVR M QVAE-		
RITVR R	506 IAM M	FACIET R	507 dignus] cessit <i>Servius</i>	
<i>Aen.</i> VI 103	508 CVRVA M	formantur <i>Nonius</i> , <i>Servius Aen.</i> XII		
304	510 SESE R	511 inpius <sup>E</sup> γ improbus <i>Servius ecl.</i> IV 43		
	512 effundere γ1			

addunt in spatha, et frustra retinacula tendens  
fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

---

## TESTIMONIA.

513 sq. 'et frustra . . . abenas' Nonius 466, 11      514 Servius Aen.  
XII 287      'fertur e. a.' schol. Iuvenal. XIV 231      'neque audit c. h.'  
Donatus in Ter. hecyr. I 2, 3 schol. Lucani III 594 gloss. Barth. adv.  
XXXVIII 15

---

## VARIA LECTIO.

513 addunt in spatha γ2, *Servii exempl.*, *Quintilianus optima AD-*  
*DVNT SPATIA R ADDVNT SPATIAO* (*suprascr. col. rubro*) *M* addunt ī  
spatio γ1 (in spatio addebat *Sili Italici XVI 374 libri*) addunt se in  
spatha εγ ardent, in spatha *Schraderus* addunt se spatio *coni*. *Wagner-*  
*rus*      514 ABENAS *R*, *Nonius*

PER VERGILI MARONIS GEORGICON. LIB. I EXPL. // INCIPIT LIB. II  
FELICITER. M VERGILI MARONIS GEORGICA // LIB. I. EXPLIC INCIP//  
LIB. II. R EXPLICIT LIBER. I. INCIP LIBER II GEORGICON γ Nulla  
subscriptio in bc

---

P. VERGILI MARONIS  
G E O R G I C O N  
LIBER SECUNDVS

Hactenus arvorum cultus et sidera caeli;  
nunc te, Bacche, canam, nec non silvestria tecum  
virgulta et prolem tarde crescentis olivae.  
huc, pater o Lenaee (tuis hic omnia plena  
muneribus, tibi pampineo gravidus autumno  
floret ager, spumat plenis vindemia labris)  
huc, pater o Lenaee, veni, nudataque musto  
tingue novo mecum direptis erura coturnis. 5

Principio arboribus varia est natura creandis.

TESTIMONIA.

1 sq. 'hactenus . . . canam' Arusianus p. 264 L. 1 Priscianus p. 982 P. Isidorus orig. I 33, 6 Nonius 377, 26 'hactenus a. e.' Claudius Sacerdos I 8 E. Columella de r. r. III 1 Probi inst. I 17, 4 2 Marius Plotius p. 290 G. 'nunc . . . canam' Probus 45, 11 K. 3 'prolem t. e. o.' Charisius 76 4—7 'huc . . . veni' Julius Rufinianus 230 R. 4 'hue pater o. L.' Servius ecl. VIII 5 'hue ades, o Lenaee' Macrobius de diff. 16, 4 4 sq. 'tuis . . . muneribus' Arusianus p. 251 L. 5 Probi inst. I 15, 3 8 Servius Aen. XII 358 'co-thurni' Probus 45, 16 K. 9 Charisius 191

VARIA LECTIO.

1-215 def. R 1 HACTENVS (H a t r a m e n t o add., nam tres primi versus ru-brō colore distincti sunt) M ARVARVM M arorum b 2 BACCAE M bacē  
b bacē γ 3 OLIBAE M 4 LENĒAEE M tuif haec b Louis Arusiani exempl., quod subsequitur ecl. III 60 5 graibuf cl 7 o] ho c  
LENEAE (A lin. rubr. transf.) M lenae b mud. ta. q; c 8 DIREPTIS  
Myabc dereptis Mentel. pr. RVRA M conif c

10

namque aliae nullis hominum cogentibus ipsae  
sponte sua veniunt camposque et flumina late  
curva tenent, ut molle siler lentaeque genistae,  
populus et glauca canentia fronde salicta;  
pars autem posito surgunt de semine, ut altae  
castaneae, nemorumque Iovi quae maxima frondet      15  
aesculus, atque habitae Grais oracula quercus.  
pullulat ab radice aliis densissima silva,  
ut cerasis ulmisque; etiam Parnasia laurus  
parva sub ingenti matris se subicit umbra.  
hos natura modos primum dedit, his genus omne      20  
silvarum fruticumque viret nemorumque sacrorum.

25

Sunt aliae, quas ipse vias sibi repperit usus.  
hic plantas tenero abscondens de corpore matrum  
depositus sulcis, hic stirpes obruit arvo  
quadrifidasque sudes et acuto robore vallos.

## TESTIMONIA.

10 sq. ‘nullis . . . veniunt’ Columella de r. r.’ III 1      ‘placeat igitur sieuti Virgilio nobis quoque duo esse genera surculorum: quorum alterum sua sponte dignitur, alterum cura mortalium procedit’ idem de arboribus I 2      12 ‘molle s.’ Isidorus orig. XVII 7, 74 Augustinus de gramm. 1980 P.      ‘lentaeque g.’ schol. Hor. epod. XV 6      ‘molle . . . genistae’ Servius Aen. XII 764      12 sq. ‘nolle siler lentaeque g. p. et g. e. f. s.’ Asper 114, 1      14 ‘pars autem posito surgunt d. s.’ Asper 113, 26      16 ‘atque . . . quercus’ Probus 26, 26, 45, 19 K.      18 sq. ‘apud Vergilium quoque subicit verbum produci a plerisque audio: etiam Parnasia . . . umbra’ Gellius IV 17, 5      ‘laurus . . . umbra’ Arusianus p. 261 L.      18 Probus 45, 23 K.      19 Priscianus 648 P. Servius Aen. XII 209      23 sq. ‘hie . . . suleis’ Philargyrus ge. II 288      24 ‘depositus s.’ Arusianus p. 224 L.

## VARIA LECTIO.

16 QVAER-

12 <sup>x</sup>Carua c      geneftae abIc      15 frondent Reiskius      16 QVAER-  
CVS M      17 ab (a e corr. in ras.) c      densissima filia (ffima f in ras.)

γ      18 ulmī<sup>f</sup> b      ET IAM M      19 subicit γabc, Gellius, Prisciani exempl.

SVBIGHT M      21 fru. tiicum γ      viret] VIRVMVIRET M      22 aliae quas

ipse vias Scaliger proleg. in Manil. p. 9 ALIE, QUOS IPSE UIA M alii  
quos ipfa uia γ alii quos ipse uia abcψ, Servius      23 abscidenf γc ap-

feindenf b1      24 HINC (N lin. rubr. transf,) M      STIRPE M stirpif a

25 VIRDES M

silvarumque aliae pressos propaginis arcus  
expectant et viva sua plantaria terra;  
nil radicis egent aliae, sumnumque putator  
haut dubitat terrae referens mandare cæcum.  
quin et caudicibus sectis (mirabile dictu) 30  
truditur e sicco radix oleagina ligno.  
et saepe alterius ramos impune videmus  
vertere in alterius, mutatamque insita mala  
ferre pirum, et prunis lapidosa rubescere corna.  
Quare agite o proprios generalim discite cultus, 35  
agricolæ, fructusque feros mollite colendo,  
neu segnes iaceant terræ. iuvat Ismara Baccho  
conserere atque olea magnum vestire Taburnum.  
tuque ades incepimusque una decurre laborem,  
o decus, o famæ merito pars maxima nostræ, 40  
Maecenas, pelagoque volans da vela patenti.  
non ego cuncta meis amplecti versibus opto,

## TESTIMONIA.

26 Servius ge. I 187 ‘pressos p. a.’ Consentius 2028 P. 26 sq.  
‘flexos propaginis a Expectent’ Servius in Aen. IV 231 28 ‘nil r. e.  
a.’ Arusianus p. 227 L. 32 sq. ‘et saepe . . . in alterius’ Priscianus  
1009 P. Probi inst. I 9, 10 33 sq. ‘mutatam . . . pirum’ Priscianus  
900, 901, 908, 929 36 ‘fructus . . . colendo’ Nonius 250, 6 Macrobius  
Sat. VI 6, 17 schol. Crisq. Hor. serm. II 2, 66 37 sq. ‘iuvat . . . con-  
serere’ Nonius 270, 25 Servius Aen. X 350 ‘iuvat Ismara Baccho e.  
a. o. m. v. T.’ Asper 114, 28 ‘iuvat . . . Taburnum’ Probus 46, 1 K.  
40 ‘o decus’ Probi inst. I 4, 3 41 Diomedes p. 457 P. ‘pelago-  
que . . . patenti’ Servius ge. IV 117

## VARIA LECTIO.

26 pressos] flexos *Servius in Aen. IV 231* praecisos (*ortum ex praes-*  
*sos*) *Consentius Putschii* <sup>x</sup> *propaginēf γ* 27 EXPECTAT *M* expectent  
*Servius Aen. IV 231* 28 *N..il b* 29 HAUD *Mbc* CACVMĒ. *M*  
31 eficeo (ef in ras.) *b* e fico *c* 32 fepe *γ* impune *γbc* 33  
mutataq; *a* naturam, atque *Heinsius* 35 AGITE<sup>o</sup>PROPRIOS *M* agite  
proprio<sup>v</sup> *c* culto<sup>v</sup> *c* 36 FVCTVS *M* cultus *Macrobius, schol. Hor.*  
mollire *Macrobius* 37 Ne<sup>u</sup> *b* 38 OLEAM *M* 39 aes <sup>d</sup> *c*  
VNA (/ rubr.) *M* 40 enf <sup>de</sup> *b* 41 uolens *γ*, *Diomedis Par.* de<sup>a</sup> *b*  
petenti *γ*, *Diomedis Monac.* 42 amplecti *γ* uoribus *aI*

non, mihi si linguae centum sint oraque centum,  
ferrea vox. ades et primi lege litoris oram;  
in manibus terrae: non hic te carmine ficto  
atque per ambages et longa exorsa tenebo.

Sponte sua quae se tollunt in luminis oras,  
infecunda quidem, sed lacte et fortia surgunt;  
quippe solo natura subest. tamen haec quoque, si quis  
inserat aut serobibus mandet mutata subactis, 50  
exuerint silvestrem animum, cultuque frequenti  
in quascumque voles artes hant tarda sequentur.  
nec non et sterilis quae stirpibus exit ab imis,  
hoc faciat, vacuos si sit digesta per agros:  
nunc altae frondes et rami matris opacant 55  
crescentique adimunt fetus uruntque ferentem.  
iam quae seminibus iactis se sustulit arbos,  
tarda venit seris factura nepotibus umbram,  
pomaque degenerant sucos oblita priores,

## TESTIMONIA.

- 43 Asper 114, 22 schol. Persii I 29      44 'ades . . . oram' Servius  
 ge. IV 117 Nonius 332, 2      'et . . . oram' Servius Aen. III 690      45 sq.  
 Seneca de benef. VII 1      'non hic . . . ambages' Nonius 309, 19      46  
 'atque p. a.' Probi inst. I 12, 2      49–51 'tamen . . . animum' Priscianus 1150 P.      49 'quippe . . . subest' Servius in ge. I 22 Probi inst.  
 I 10, 4      50 'aut . . . subactis' Nonius 401, 4      51 'exuerint s. a.'  
 Macrobius Sat. VI 6, 17 Servius ge. II 239      53 Probi inst. I 12, 1  
 Servius ge. I 171      57 Servius Aen. II 615      58 Seneca epist. 86, 15  
     'seris . . . umbram' schol. Lucani VII 207      59 Macrobius Sat. VI  
 6, 18 Arusianus p. 249 L.

## VARIA LECTIO.

- |  |                   |  |
|--|-------------------|--|
| 43 sq. non...vox   | = Aen. VI 625 sq. | 44. oram c oras Nonius<br>AV                                   |
| 45 ficto testatur Nonius cum Servio longo Seneca         |                   | 47 ORAS M  |
| auraf γ auraf abc: cf. Aen. VII 660 Ennius ann. 118. 165 |                   | 50 et b  |
| 51 EXVERIT M   | culto γb          | 52 VOLES M uocef (c corr. in l) γ uocef<br>abc artif b hand bc |
|  |                   | 53 — 260 id est 4 folia hic omissa: se-<br>E                   |
| quuntur 53—211 post 293: γ                               | 53 imuf c1        | 54 FACIAT M faciat b1  |
| faciet γac   | 55 atrif b        | 56 Crescentif b1   |
| (—et γ rubr.) M  | Nam que b         | foctuf γbc   |
| rif γ  | Nam quae γ1       | Nam q ac   |
|  |                   | 59 prio-   |

et turpis avibus praedam fert uva racemos. 60  
 scilicet omnibus est labor impendens, et omnes  
 cogenda in sulcum ac multa mercede domandae.  
 set truncis oleae melius, propagine vites  
 respondent, solido Paphiae de robore myrtus;  
 plantis ecdurae coryli nascuntur et ingens 65  
 fraxinus Herculeaeque arbos umbrosa coronae  
 Chaoniique patris glandes, etiam ardua palma  
 nascitur et casus abies visura marinos.

Inseritur vero et nucis arbutus horrida fetu,  
 et steriles platani malos gessere valentes, 70  
 castaneae fagos; ornusque incanuit albo

## TESTIMONIA.

61 sq. 'omnibus . . . domandae' Philargyrus ge. II 288 63 sq.  
 Charisius 76 Probi inst. I 17, 5 64 'solido . . . myrtus' Probus 46,  
 11 K. 66 'Herculeae . . . coronae' Probus 46, 15 K. 67 'Chaoniique p. g.' Probus 26, 28 'Chaoniique p.' Probi inst. I 4, 18 68  
 'et casus a. v. m.' Isidorus orig. XVII 7, 32 'casus a. v. m.' Probi  
 inst. I 17, 6 69—72 'quippe cum Vergilius insitam nucibus arbutum,  
 malis platanum, cerasis ulmum dicat' Plinius nat. hist. XV 15, 17  
 69 Probi inst. I 4, 19 Maximus Victorinus de rat. m. 8 'arbutus horrida' Macrobius Sat. V 14, 4 70—72 'malos . . . piri' Priscianus 832 P.

## VARIA LECTIO.

B

60 turpef *ybc* AVIDVS *M* 61 INPENDENDVS *Mb* inpendensuf *c1*  
 om̄ *y* 62 COGAENDAE *M* 63 fed *ybc* sed truncis oleae in *Charisi*i cod. non apparent 64 mirtuf *b* 65 ET DVRAE *Myabcψ* edurae *z* 'et durae . . . alii edurae legunt' *Servius* corili *yc* 67 Chānii *b*  
*Caonii c* patref *b1* 69 ET FĒTV NVCIS ARBVTVS HORRIDĀ (*signis*  
*rubris suprap.*) *M*, *Servius* ex foetu nucif arbutuf orrida *y* et fetu nucif  
 arbutuf horrida *abc* ex fetu nucis a. horrida *Probi inst.*, *Maximus Vict.*  
*'versus dactylicus. nam male quidam horrens legunt'* *Servius*: cf. *Lach-*  
*mannus in Lucr.* 81 70 STERILIS *M* pla.tani *a* malif *b* ua-  
 lentif *a* 71 castaneas fagus *Scaliger prol. ad Manil.* 9 FAGOS *Myab*,  
*Servius* fagus *Prisciani exempl.*, fortasse ut nominativus sit. platani ma-  
 los gessere valentes, Castaneae fagos; ornusque incanuit albo *Servius*  
 platani m. g. valentes Castaneae; fagos ornusque i. a. *alii teste eodem*  
 platani m. g. valentes; Castaneae fagos, ornusque i. a. 'ut similiter fagos  
 nominativus sit' *alii teste eodem*, etiam *Philargyrus* ut videtur, qui  
 narrat alios legere: platani malos, gessere valentes Castaneae fagos, *ut*  
*illuc subintelligas inserit, in sequenti hypallage sit.* VALENTES || CASTA-  
 NEAE · FAGOS · ORNUSQ · INCANUIT ALBO *M* fagus nominativum pluram  
 interpretatur *Wagnerus quaest. Verg. XII 14* [ornusque] ulmus-

flore piri, glandemque sues fregere sub ulmis.  
 nec modus inserere atque oculos inponere simplex.  
 nam qua se medio trudunt de cortice gemmae  
 et tenuis rumpunt tunicas, angustus in ipso      75  
 fit nodo sinus: hue aliena ex arbore germen  
 includunt udoque docent inolescere libro.  
 aut rursum enodes trunci resecantur, et alte  
 fuditur in solidum cuneis via, deinde feraces  
 plantae immittuntur: nec longum tempus, et ingens      80  
 exilit ad caelum rami felicibus arbos  
 miraturque novas frondes et non sua poma.

Praeterea genus haut unum nec fortibus ulmis  
 nec salici lotoque neque Idaeis cyparissis,  
 nec pingues unam in faciem nascuntur olivae,      85

## TESTIMONIA.

74—77 'Vergiliana' (inoeulatio) 'quaerit sinum in nodo gemmae ex-  
 pulsi corticis gemmamque ex alia arbore includit' Plinius nat. hist. XVII 14, 24    74 'medio cortice' Quintilianus I 5, 35    76 sq. 'huc . . . includunt' Arusianus p. 234 L.    77 'udoque . . . libro' Nonius 62, 30, 451, 22 Aldhelmus in A. Mai auet. elass. V 591 Servius Aen. VI 738  
 78 'Vergilius e caeumine inseri vetat' Plinius in nat. hist. XVII 14, 24, siquidem is recte ereditur hinc spectare: cf. 300 'enodes t.' Beda 2335    79 sq. 'deinde . . . immittuntur' Augustinus de gramm. 2011 P.    80 sq. 'nec longum . . . arbos' Nonius 339, 20    81 Nonius 302, 4 schol. Hor. epod. II 14 Servius Aen. IV 228    82 Servius ge. I 103 schol. Hor. epod. XVI 45    83 'praeterea g.' Probi inst. I 1, 1  
 'praeterea . . . unum' Probi inst. I 9, 11    84 'Idaeis c.' Probus 46, 20 K.    85 Charisius 76

## VARIA LECTIO.

que Par. R, Bamb. Bong. Prise. cerasis ulnum inseri teste Vergilio uti-  
 tur Plinius, fortasse v. 18 significans 72 glandes<sup>d</sup> glandem b 73 impo-  
 nere bc 75 tenues<sup>y</sup> b 76 alienum Arusianus 78 E DES M alte<sup>y</sup>  
 alt. e a altae b 80 immittuntur bc 81 exilit γ, Nonius 302, 4 EXILT  
*Mabc, Servius Aen. IV 228, schol. Hor. exit Lachmannus in Lucr. 209*  
 VR  
 82 miraturque schol. Hor. edd. duo MIRATASQ. (corr. col. rubro) M quod  
 miratastque fuisse videtur: item miratafq; be schol. Hor. manuscr., Servii  
*Guelf. Leid. Voss. Burm.* mirata estque γ 'et sane mirata estque legendum  
 est, ut stet versus' Servius: sed vide Wagneri var. lect. ad ge. I 142 mirata.  
 f. q: a 83 HAUD Mc ant b1<sup>h</sup> aud b2 84 falieif c1 IDAES M ideif  
 γ hydeif c

orchades et radii et amara pausia baca  
 pomaque et Alcinoi silvae, nec surculus idem  
 Crustumis Syriisque pirus gravibusque volacemis.  
 non eadem arboribus pendet vindemia nostris,  
 quam Methymnae carpit de palmite Lesbos; 90  
 sunt Thasiae vites, sunt et Mareotides albae,  
 pinguis hae terris habiles, levioribus illae,  
 et passo psithia utilior tenuisque lageos  
 temptatura pedes olim vincituraque linguam,  
 purpureae preciaeque, et quo te carmine dicam, 95

## TESTIMONIA.

86 'genera earum' (olivarum) 'tria dixit Vergilius, orchites et radios et posias, nec desiderare rastros aut faleis ullamye curam' (ef. 420 sq.) Plinius nat. hist. XV 1, 2 Probus 47, 3 K. 'orchades et r.' Probi inst. II 1, 44 'et a. p. b.' Nonius 241, 29 87 'poma... silvae' Probus 47, 7 K. Servius ge. I 187 Priscianus 735 P. 88 'præterea dixit volema Vergilius a Catone sumpta' Plinius nat. hist. XV 15, 16 89 sq. Probus 47, 13 K. 89 Donatus in Ter. eun. II 3, 21 Servius in ge. I 2 Aen. VII 1 90 schol. Cruq. Hor. carm. I 17, 21 in ed. Plantiniana 91—93 'dixit Vergilius Thasias et Mareotidas et lageas complurisque externas' (vites), 'quae non reperiuntur in Italia' Plinius nat. hist. XIV 3, 39 91 Probus 47, 19 K. 'sunt et ... albae' schol. Lucani X 161 'et M. a.' schol. Lucani IX 154 schol. Hor. carm. I 37, 14 93 cf. schol. Veron. 76, 18 K. 'et ... utilior' Nonius 370, 10 'psithia' Probus 47, 22 K. 'tenuisque l.' Probi inst. II 1, 39 'lageos' Probus 47, 22 K. 93 sq. 'tenuisque ... linguam' Donatus in Ter. eun. IV 3, 13 Nonius 411, 18 94 Donatus in Ter. eun. IV 5, 1 schol. Veron. p. 76, 21 K. 95 'pretiac et purpureae' Probus 47, 22 K. 95 sq. 'et quo ... Falernis' Seneca nat. qu. I 11, 2 Aeron ad Hor. carm. I 20, 11

## VARIA LECTIO.

I  
 86 oreadē γ̄ orchades etiam Probus paeca γ̄ 88 CRVSTVMIS M  
 ernstumii<sup>f</sup> b̄ SYRIS M syri i<sup>f</sup> if pyrif b̄ VOLÆMIS M uolemis b̄ uolemif γac  
 89 pendet γbc, Servius, Probus, Donatus PENDENT Ma<sup>f</sup> 90  
 quamue schol. Hor. METHYMNAEO M methymneo e metymneo γ  
 91 tafie c̄ albe γ̄ 92—104 extat in V (fol. 236 a) TERR.....  
 ....VIORIBVS ILLAE V̄ hae terris] eterrif γ̄ 93 paf<sup>ro</sup> b̄ PSIT<sup>IX</sup>  
 M GALAGEOS (GA eras., sed G non prorsus certum) M VTilior  
 tenuisSQ LAG.. OS V̄ 94 TEMTATVRA Mc PEDES.....  
 VAM V̄ iunctura γ̄ uictura .. b̄ lingam b̄ 95 PRAECIAE Myb 'unde  
 et praeciae dictae sunt quasi praecoquae' Servius. Item praeciae Plinius nat. hist. XIV 2, 29 preciaeque et quo te V̄ nouine Seneca

Rhaetica? nec cellis ideo contende Falernis.  
 sunt et Aminneae vites, firmissima vina,  
 Tinolius adsurgit quibus et rex ipse Phanaeus;  
 Argitisque minor, cui non certaverit ulla  
 ant tantum fluere aut totidem durare per annos. 100  
 non ego te, dis et mensis accepta secundis,  
 transierim, Rhodia, et tumidis, bumaste, racemis.  
 set neque quam multae species, nec nomina quae sint,

## TESTIMONIA.

96 'in Veroniensi item Raetica Falernis tantum postlata a Vergilio'  
 Plinius nat. hist. XIV 5, 67 'nec . . . Falernis' Arusianus p. 218 L.  
 Acron ad Hor. eam. I 27, 9 97 Priseianus 1100 P. 98 schol. Veron. 77, 3 K. Probus 47, 24 K. schol. Lucani VIII 195 Servius ecl. VI 66  
 99 ef. schol. Veron. 76, 25 K. 'areceraea Vergilio argitis dieta'  
 Plinius nat. hist. XIV 2, 35 'argitisque minor' Donatus in Ter. eun. III 3, 23 101 sq. 'non . . . Rhodia' Acron ad Hor. eam. IV 5, 31  
 102 ef. schol. Veron. 76, 27 K. 103 'quamquam videmus Vergili-  
 lum praeceilentissimum vatem ea de causa hortorum dotes fugisse et  
 in iis quae rettulit flores modo rerum decerpisse, beatum felicemque  
 gratiae XV omnino generibus nvarum nominatis, tribus oleac, totidem  
 pirorum, malo vero tantum Assyrio, ceteris omnibus neglectis' Plinius  
 nat. hist. XIV 1, 7

## VARIA LECTIO.

H

96 RAE—(*reliqua legi non potuerunt*) V Rhoetica γ Raetica b Retica e  
 adeo χ Arusianus 97 SVNT—V SVNT ET AMINNEAE M Prisc. Reg.  
 mi  
 sunt & am. nee a1 sunt &iamanee a2 'sunt et //// aminneae (Vat.  
 3317 amineae Paris. 7959) . . . sane amineum (amineum Vat. Par.) dici  
 versus probat, qui stare non potest si amineum (Vat. amineum Par.) dici-  
 mus' Servius. sunt et amineae γ, Prisciani φ (amineae rel.) sunt et ammi-  
 neae χ (ammnio vino Probi 47, 25 exempl., et Ausonius epist. XVIII 31)  
 sunt &iam aminec c sunt etiam Ammineae Mamutius. Cf. de amine vite  
 C. F. Weberi *de vino Falerno diss.* p. 8 sq. 98 TMOLIVS Vb, Pro-  
 bus, Servius, schol. Lucani TMOLIVS (T col. rubro) M Mollius γ1,  
 Molliu γ2 Timolus et Timolus χ Tmolus et Naugerius Adsurgit qui-  
 bus et rex ipse phanaEVs V affurgit γ adsurget Probus EST M  
 Phanaeus ψ, schol. Veron., Servius, schol. Lucani PHANEVS Myabc,  
 Probi exempl. 99 ARgitisque minor cui non certaveRIT VLLA V  
 Argetif b1 qui b1 100 totus legi potuit in V 101 ego V DIS M  
 diif γb menfes γ1 102 TRANSIErim rhodia et tumidis bumaste  
 RACEMIS V rodia χ RHODIAE M rodia c BVMASTE (erasa una li-  
 tera supra B, fortasse II) M 103 Sed neque quam multae V Sed  
 γb multe γ

est numerus: neque enim numero comprehendere refert;  
quem qui scire velit, Libyei velit aequoris idem 105  
discere quam multae zephyro turbentur harenæ,  
aut ubi navigiis violentior incidit eurus,  
nosse quot Ionii veniant ad litora fluctus.

Nec vero terræ ferre omnes omnia possunt.  
fluminibus salices crassisque paludibus alni 110  
nascuntur, steriles saxosis montibus orni;  
litora myrtetis lactissima; denique apertos  
Bacelus amat colles, aquilonem et frigora taxi.  
aspice et extremis domitum cultoribus orbem  
Eoasque domos Arabum pictosque Gelonos: 115  
divisæ arboribus patriæ. sola India nigrum

## TESTIMONIA.

104—106 ‘neque . . . harenæ’ Columella de r. r. III 2, 29 105 sq.  
Ammianus Marcellinus XXXI 4 105 cf. schol. Veron. 77, 5 K.  
106 ‘harenæ dieitur quod haeret, et arena quod areat, gratius tamen  
cum adspiratione sonat, et cum pluralem non habeat, Vergilius tamen  
ait: quam multæ z. t. harenæ’ Charisius 80 108 ‘Ionios fluctus’ Pro-  
bus 48, 1 K. 109 Columella de r. r. VII 2, 2 112 cf. schol. Ver-  
ron. 77, 7 ‘litora m. l.’ Isidorus orig. XVII 7, 50 Servius Aen. V 801  
112 sq. ‘denique . . . colles’ Servius ge. II 272 115 Probus 48,  
3 K. ‘pietosque G.’ schol. Veron. 77, 11 116 sq. ‘unam e pecu-  
liaribus Indiae Vergilius celebravit hebenum, musquam alibi nasei pro-  
fessus’ Plinius nat. hist. XII 4, 8

## VARIA LECTIO.

104 est numerus neque enim numero V comprehendere γ comprehendere c RE FERT M 105—117 V fol. 236, b. quem si γ LY-  
BICI Mc LIBICI Vγ velit aequoris V 106 discere α2ψ, Columella,  
Ammianus Marcellinus DICERE MVa1by Dicere c multe γ zeph-  
phiro γ turbantur γ, Charisii cod., fortasse recte trudentur Ammiani  
Marcellini Colb. uerfentur Columellæ libri e.c.e. Goes. ARENAE Mc  
zephyro turbentur harenæ V 107 Violentior incidunt eurus V  
108 quod γ1ab1 IONI Veniant ad litora fluctus V littora γ 109  
TERRA E M omnes omnia possunt V 110 faliceif faliceif (priore roce  
erasa) γ erafis a crassisque paludibus alni V 111 STERILES  
saxosis montibus orni V 112 littora γ myrtleif c denique aper-  
tos V 113 Bacuf γ Bacuf b AQVILONE (M manu paulo rec.) M  
frigora taxi V 114 el] E T M ORbem V 115 totus legi po-  
tuit in V 116 totus legi potuit in V

- fert hebenum, solis est turea virga Sabaeis.  
 quid tibi odorato referam sudantia ligno  
 balsamaque et bacas semper frondentis acanthi?  
 quid nemora Aethiopum' molli camentia lana? 120  
 velleraque ut foliis depectant tenuia Seres?  
 aut quos Oceano propior gerit India lucos,  
 extremi sinus orbis, ubi aëra vincere summum  
 arboris haut ulla iactu potuere sagittae?  
 et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris. 125  
 Media fert tristis sucos tardumque saporem  
 felicis mali, quo non praesentius ullum,  
 pocula siquando saevae infecere novoreae, 128  
 misereruntque herbas et non innoxia verba 129

## TESTIMONIA.

- 117 'fert h.' schol. Veron. 77, 15 'hebenum' Probus 48, 6 K.  
 'solis . . . Sabaeis' Isidorus orig. IX 2, 14 119 cf. Probus 48, 7 K.  
 120 sq. Probus 48, 10 K. 120 Nonius 346, 27 121 Aldhelmus  
 in A. Mai auct. class. V 572 'depectunt t. S.' Aldhelmus I. I. 574  
 'tenuia': cf. Probi ars m. 552 E. 123 cf. schol. Lucani III 246  
 123 sq. 'ubi . . . sagittae' Nonius 241, 24, 418, 17 124 'arboris  
 h. u.' Probi inst. I 17, 4 125 Acron ad Hor. carm. III 4, 35 Diomedes p. 411 P. 126—129 'Media . . . mali. et in sequentibus: po-  
 cula . . . herbas' Nonius 345, 18 126 sq. 'Media . . . mali' Probus 48,  
 16 K. 126 Nonius 410, 21 'Medica arbor' Isidorus orig. XVII 7, 8  
 127 Macrobius Sat. III 19, 3 'quo n. p. u.' Donatus in Ter.  
 Phorm. II 2, 31

## VARIA LECTIO.

- 117 totus legi potuit in V fer γ haebenum b1 ebenum γ  
 SABEIS γε 119 baccaſ γαI achanti γαc 120 a&yopum c  
 molli... (in ras.) b camentia Probi Paris. et ed. Egnatii 121  
 'depectant, decerpant. Sed alii depectat legunt. Quod si est, Seres po-  
 suit pro Ser.? Servius TENV̄IA M tenua b ferref (r alt. eras.) γ  
 B  
 122 PROPRIOR Mya1b 123 ORIS M a.ra. a2 in ras. aethera  
 a1? fumū γ 124 ARBOREB. (I rubr.) M AVT Myb1, Probi  
 inst. haud ac<sup>h</sup> and b2 ullo Nonius 241, 24 125 genfilla (fill in ras.) b  
 fumif γ haud Acron faretriſ γ 126 trifteſ b 127 QUOB  
 M praestantius Macrobius praesentius testatur Donatus 128 sq.  
 deest in Goth. sec. 128 A in mg. M SAEVE M feuq γ 129 ==  
 III 283: electus hinc ab editore Parmensi: cf. lect. Verg. 4 MISCVE-

auxilium venit ac membris agit atra venena. 130  
 ipsa ingens arbos faciemque simillima lauro;  
 et, si non alium late iactaret odorem,  
 laurus erat: folia hant ullis labentia ventis;  
 flos ad prima tenax; animas et olientia Medi  
 ora fovent illo et senibus medicantur anhelis. 135

Sed neque Medorum silvae ditissima terra  
 nec pulcher Ganges atque auro turbidus Hermus  
 laudibus Italiae certent, non Baetra neque Indi  
 totaque turiferis Panchaia pinguis harenis.  
 haec loca non tauri spirantes naribus ignem 140  
 invertere satis inumanis dentibus hydri,  
 nee galeis densisque virum seges horruit hastis;  
 set gravidae fruges et Bacchi Massicus humor.

## TESTIMONIA.

130 'ac . . . venena' Nonius 243, 28 Servius Aen. IV 245 131  
 'faciemque s. l.' Charisius 110 Isidors orig. I 36, 6 Arusianus p. 259 L.  
 132 Probi inst. I 9, 10 134 'flos ad p. t.' Arusianus p. 214 L.  
 134 sq. 'animas . . . anhelis' Nonius 233, 3 'et olientia . . . illo' Aldhelmus I. I. 592 135 cf. Isidors orig. XVII 7, 8 'et . . . anhelis' Priscianus 792 (94). 1162 P. Arusianus p. 246 L. 136—139 Donatus in Ter. Phorm. II 1, 14 137—139 Probus 48, 23 K. 139 schol. Persii III 74 Servius ge. II 115 111 sq. 'satis . . . densisque' schol. Invenal. XIV 241 141 'satis . . . hydri' schol. Lneani IV 550

## VARIA LECTIO.

RVNTQ- HERBAS ET NOX INNOXIA VERBA == III 283 addito in mg. B infra scripta in M: habent γabc, interpretatur Servius. miscueruntque herbas Nonius 130 C in mg. M ae] et Nonius ae (e in ras.) b

131 arbor γc FACILEM (L eras.) M LAVRO-<sup>h</sup> M <sup>la</sup> uro a 133

hand γabc 134 apprima <sup>O</sup> SERVIUS ETLENTIA M <sup>h</sup> 135 anelis γ

136 ditissima (di in ras.) b TERRA M 137 AVRA M turbiduf (b  
e corr.) c hermis γ 138 certēt b b. acta e nee *Donatus*

139 turriferif b PANCHAIALA M panchalia b1 arenif c 140 HAEC  
(N rubr.) M spirantif a ignef (f m. ead. in m corr.) γ 141 SA-

LIS P <sup>n</sup> imanif γ inmanif (i post. in ras.) a hidri γb HYDRI<sup>h</sup> M

142 DENSIS VLRVM (duabus literis post Q erasis) M astif γ 143  
SED Pybe grauidef γ baehi b humor ac

implevere; tenent oleae armentaque laeta.

hinc bellator equos campo sese arduus infert;

hinc albi, Clitumne, greges et maxima taurus  
victima, saepe tuo perfusi flumine sacro,

Romanos ad tempa deum duxere triumphos.

hic ver adsiduum atque alienis mensibus aestas:

bis gravidae pecudes, bis pomis utilis arbos.

at rabidae tigres absunt et saeva leonum

semina, nec miseros fallunt aconita legentis,

nec rapit immensos orbis per humum, neque tanto  
squameus in spiram tractu se colligit anguis.

adde tot egregias urbes operumque laborem,

tot congesta manu praeruptis oppida saxis

fluminaque antiquos super labentia muros.

an mare quod supra memorem, quodque adluit infra?

anne lacus tantos? te, Lari maxime, teque,

---

#### TESTIMONIA.

- 146 sq. Probus 48, 29 K. ‘maxima t. v.’ Aeron ad Hor. carm. IV 2, 53 148 Probi inst. I 7, 3 149 schol. Crug. Hor. carm. II 6, 17 in ed. Plantiniana a. 1578 152 ‘nec . . . legentes’ Probus 48, 32 K. Servius ecl. IV 24 158 Probus 49, 6 K. 159 sq. Probus 49, 10 K. ‘te, Lari . . . marino’ Seneca de benef. IV 5 159 ‘anne . . . maxime’ Probi inst. I 4, 22
- 

#### VARIA LECTIO.

- 144 INPLEVERE** *P* OLEAE<sup>Q.</sup> (*Q rubr.*) *M* olee γ sarmentaque  
ed. *Argent.* arbustaque *Schraderus* 145 hunc γ bellator equo<sup>v</sup> *b*  
*BELLATOREQVVS Myac ALBICLITVMQVVS P* 146 albi Clitumne] *BEL-*  
*LATOREMNE P* 147 VICTIMA-SAEPE *M* victima saepe, *Wagnerus*  
sepe γ flumine (*lu in ras.*) *a* 148 AT *MP* dium *b1* 149 affi-  
duγe affiduum (*f pr. in ras.*) *a* perpetuum *schol. Crug.* estaf γ  
150 graude γ pon<sup>m</sup>if *b* 151 AD *P* rabide γ rapide *b* TIGRE<sup>s</sup>  
*M* trigref *a* seu<sup>N</sup> γ LEONESVM *M*: cf. Lucretius III 741 152  
LEGENTES *Mybc* 153 IMMENSOS *M* inmenſos γabc ORBES *Mycb*  
IVMO *P* TANTO *MPγb*, *Servius* lento vel torto proposuit Hey-  
nius, et torto legisse videri *Calpurnium XI (Nemes. IV) 40 idem monuit*  
154 IRACTV *P* tracto<sup>v</sup> *b* INGVIS *P* 156 preruptif γ opida γc  
157 SVBTER *Mya2bc* 158 quoque<sup>d</sup> *b* ALLVIT *Pb2* INFRA *M*  
159 t. antof *a* lauri γ maxima<sup>e</sup> *b*

fluctibus et fremitu adsurgens Benace marino? 160  
 an memorem portus Lucherinoque addita claustra  
 atque indignatum magnis stridoribus aequor,  
 Iulia qua ponto longe sonat unda refuso  
 Tyrrhenusque fretis immittitur aestus Avernus?  
 haec eadem argenti rivos aerisque metalla 165  
 ostendit venis atque auro plurima fluxit.  
 haec genus aere virum Marsos pubemque Sabellam  
 adsuetumque malo Ligurem Volscosque verutos  
 extulit, haec Decios Marios magnosque Camillos,  
 Scipiadas duros bello et te, maxime Caesar, 170  
 qui nunc extremis Asiae iam victor in oris  
 inbellem avertis Romanis arcibus Indum.  
 salve, magna parens frugum, Saturnia tellus,  
 magna virum: tibi res antiquae laudis et artem

## TESTIMONIA.

- 160 Nonius 447, 11    161—163 ‘Lucerino . . . refuso’ schol. Hor.  
 a. poet. 65    161 Iulius Rufinianus p. 275 R.    165 sq. Nonius 303, 22  
 166 ‘atque a. p. f.’ Arusianus p. 231 L.    167—169 Acron ad Hor.  
 carm. I 22, 13    ‘haec . . . extulit’ Probus 49, 15    167 Acron ad  
 Hor. carm. III 5, 8    ‘haec genus a. v.’ Probi inst. I 4, 21    168  
 ‘adsuetumque m. L.’ Probi inst. I 17, 3    169 ‘extulit . . . Marios’  
 Nonius 297, 30    169 sq. ‘Decios . . . Caesar’ Quintilianus IX 3, 24  
 170 Iulius Rufinianus p. 244 R.    ‘Scipiadas d. b.’ Nonius 285, 8  
 Servius in Aeu. I 490    ‘Scipiadas’ Priscianus 582 P.    172 Servius  
 ge. III 26 Aen. I 432 II 364 VI 396 Acron ad Hor. carm. I 12, 53

## VARIA LECTIO.

- 160 FREMITVS *P*    affurgens *a2c*    benacee *a*    161 an] quid  
*Iulius Rufinianus*    abdita *γ*    163 quo *b1*    164 Tyrrenus *γ*    fre-  
 tuſ *γ*    immittitur *abe* <sup>165</sup> immittitor (*a ut vid. erasa*) *γ*    167 hoc *Probi*  
*inst.*, *Acronis* III 5 *Med.*    gentemque *Philargyrus?* pubemque *Probus*  
*et Acron*    <sup>E</sup>fa..bellā *a*    168 affuetū *γc*    <sup>v</sup>LIGVRVM *M* ligōrem *c*  
 uulcoſ *γ1* uulſcoſ (ſeo *in ras.*) *a* uulſcoſ *c*    VERVLOS *P*    169 CA-  
 MELLOS (I *rubr.*) *M* camilloſ (i *in ras.*) *a* camelioſ (*e corr. in i*) *b*    170  
 bello. *γ ſeppo* *b*    maxima *γ*    173 magne *c1*    tellīſ *γ*    174 anti-  
 quo *a1*, ARTEM *P* artif (ſi *in ras.*) *b* ARTIS *Mγacψ*

ingredior sanctos ausus recludere fontis, 175  
 Asceraeumque cano Romana per oppida carmen.

 tussis anhela sues ac faucibus angit obessis.  
 labitur infelix studiorum atque immemor herbae  
 viator equos fontisque avertitur et pede terram  
 crebra ferit; demissae aures, incertus ibidem      500  
 sudor et ille quidem morituris frigidus, aret  
 pellis et ad tactum tractanti dura resistit.  
 haec ante exitium primis dant sigua diebus;  
 sin in processu coepit crudescere morbus,

## TESTIMONIA.

- 495 'plena . . . pouunt' de gen. nom. 91 II.      498 sq. 'labitur . . . equus' Maerobius Sat. IV 1, 3      'atque . . . eetus' Nonius 317, 15  
 499 schol. Stat. Theb. V 137      499 sq. 'et . . . ferit' Augustinus de gramm. 2011 P. Probi inst. 1 9, 10 Servius Aen. V 19 X 839 ge. 11  
 134. 275      500—502 'demissae . . . resistit' Macrobius Sat. VI 2, 10  
 500 sq. 'demissae . . . frigidus' Macrobius Sat. IV 1, 3      503 Maerobius Sat. VI 2, 10

## VARIA LECTIO.

- 491 confult<sup>vf</sup> γ redere γ      492 A.t e subpositi e SVPO-  
 SITE P TINGVVNTVR R ting<sup>d</sup>untur b      493 TEIVNA P SANILE  
 P faniae γc infuseatur (in in ras.) b      494 uolgo γ VVLGO MRbc  
 495 DVLCES Rγ2 ANIMA<sup>s</sup> M ponunt de gen. nom., sed vide  
*M. Hauptii adnotacionem*. praesepia reddunt (a reddunt in ras.) b      497  
 S TUSIS Mγ ANELA Mγ uef γ OBESSI<sup>s</sup> M OVESSIS R obefif γb  
 obeffi. c1 obeffif c2      498 ADQVE R INMEMOR Rc studiorum  
 atque immemor herbae coniungit Philargyrus      499 EQVOS P EQVVS  
 Rybc EQUS M eetus Nonius      FONTES M fortif c- que] q: suprascr. b  
 500 DEMISSAP P demisse γ dimissae c1 AVRAES P 501 MORI-  
 TURIS Mγ ARES R 502 Pellef c1 ADTACTVM MPR, Macrobii  
 Salisb. adt. actū γ adactu Macrobii ω TRACTANTE P TRACTANDI  
 M 503 Hec (II corr. in N) c EXILIVM P EXITVM R 504 ea-  
 pit γ

tum vero ardentes oculi atque attractus ab alto  
spiritus, interdum gemitu gravis, imaque longo  
ilia singultu tendunt, it naribus ater  
sanguis, et obsessas fauces premit aspera lingua.  
profuit inserto latices infundere cornu  
Lenaeos; ea visa salus morientibus una;  
mox erat hoc ipsum exitio, furiisque refecti  
ardebant, ipsique suos iam morte sub aegra  
(di meliora piis erroremque hostibus illum!)  
discisos nudis laniabant dentibus artus.  
ecce autem duro sumans sub vomere taurus  
concidit et mixtum spumis vomit ore cruentem  
extremosque ciet gemitus. it tristis arator  
maerentem abiungeus fraterna morte iuvencum,  
atque opere in medio defixa relinquit aratra.

505

510

515

## TESTIMONIA.

505—508 Macrobius Sat. VI 2, 8      509—511 ‘profuit . . . exitio’  
Macrobius Sat. VI 2, 12      512—514 ‘ipsique . . . discisos’ Julius Rufinianus p. 235 R., qui cum parentheseos exemplo utatur, versum 513,  
qui in ed. vet. deest, legisse putandus est      513 Donatus in Ter. adelph. III 3, 78 Augustinus de triu. XIV 13 ‘di meliora piis’ Nonius 371, 30 Servius Aen. XI 32      514 ‘discisos n. 1.’ Probi inst. I 12, 1      517 ‘it t. a.’ Nonius 331, 3      519 Donatus in Ter. Andr. II 5, 1 Servius eel. II 70

## VARIA LECTIO.

505 ADQVE R      ADTRACTVS *Ryb1* attractus *c*      506 GRAVISSI-  
MAQVE LONGO *R* GRAUIS ALTAQ. LONGO IMAQ. *M*      507 ILLIA P  
ILLA *R*      ET *P* ET (*sed m. pr. IT ut vid.*) *R* it in ras. *b*      <sup>n</sup>aribus *y*  
508 oppressas *Macrobius* obsessas *Servius*      PRAEMIT *R*      509  
INSERTOS *P*      510 Laenaeof *bc*      ea] FA *P* AE *M*      SAEVOS *P*  
511 EXITIO HOC IPSVM *P*      exitiu *b1*      512 iam] IN *R*      egra *y*  
513 Dii *yc*      MELIO.: RA *M*      ARDOREM *R* errorem *Philargy-*  
*rus*      514 UDIS *M* nudis *Philargyrus*      515 MOUERE *M*      taurof *y*  
516 CONDIDIT *R*      517 extremof<sup>Q.</sup> *c*      ET *MP*      518 meren-  
tem *y*      fraterna (ra in ras.) *c*      MONTE *M*      519 ADQVE *R*      IM *P*  
RELIQVIT *P*, *Donatus*, *Servius eel. II 70*: fortasse *melius*      reli-  
quit aratra (inquit aratra in ras.) *b*

non umbrae altorum nemorum, non mollia possunt      520  
 prata movere animum, non qui per saxa volutus  
 purior electro campum petit amnis; at ima  
 solvontur latera, atque oculos stupor urget inertis,  
 ad terramque fluit devexo pondere cervix.  
 quid labor aut benefacta iuvant? quid vomere terras      525  
 invertisse gravis? atqui non Massica Bacchi  
 munera, non illis epulae nocuere repostae:  
 frondibus et vietu pascuntur simplicis herbae,  
 pocula sunt fontes liquidi atque exercita cursu  
 flumina, nec somnos abrumpit cura salubris.      530  
 tempore non alio dicunt regionibus illis  
 quaesitas ad sacra boves Iunonis et uris  
 inparibus ductos alta ad donaria currus.  
 ergo aegre rastris terram rimantur, et ipsis  
 unguibus infodiant fruges, montisque per altos      535  
 contenta cervice trahunt stridentia plautra.

## TESTIMONIA.

520—522 ‘non umbrae . . . amnis’ Macrobius Sat. VI 2, 6      522 sq.  
 ‘ima . . . inertis’ Nonius 418, 4      523 ‘atque . . . inertes’ schol. Lucani  
 VI 59      525 sq. ‘quid labor . . . gravis’ Nonius 314, 4      529 sq. ‘po-  
 cula . . . flumina’ Macrobius Sat. VI 1, 61      ‘fontes . . . flumina’ Acron  
 ad Hor. carm. II 11, 20      530 ‘nec . . . salubres’ schol. Hor. epist. I  
 10, 18      532 sq. Probus 82, 17 K.      533 ‘duetos . . . currus’ Servius  
 Aen. I 17 IV 63      536 Nonius 266, 5

## VARIA LECTIO.

ON	non			
520 AN M	nemorum mollia γ	mollia (moll <i>in ras.</i> ) b		
pfſſunt γ	522 electro (e pr. <i>in ras.</i> ) b	petit (it <i>in ras.</i> ) b	AD P	
at (t <i>in ras.</i> ) b	523 SOLVNTVR MRyb <sup>c</sup>	ADQVE PR	oculif b	
VRGVET PRy urget c <sup>d</sup> , urg... c <sup>e</sup>	INERTES My2b		524 AT	
P <sup>f</sup> y 1	525 iuuent Nonius quod c <sup>f</sup> 526 GRAUES My2	ADQVI R		
527 epule γ	nocuere (c e corr.) γ	POSTAE P	528 simpli-	
cef b <sup>g</sup>	529 ADQVE R	curſum γ	ceſſum (o pr. corr. ex u,	
			mn <i>in ras.</i> ) b	
	SALUBRES Mc	532 ARIS P	533 IMPARIBVS PRyc	
534 egre γ	rutris Schraderus	terraſ raſtrif b	IPSIS MRyb2c,	
Servius IPSI Pb1	535 VNGVIBVI (I alt. m. ead. ut vid. corr. in S) P			
infoſſunt γ	MONTES My	ARDVOS P	536 INSTRIDENTIA P	
plautra c				

non lupus insidias explorat ovilia circum  
 nec gregibus nocturnus obambulat: acrior illum  
 cura domat; timidi damnae cervique fugaces  
 nunc interque canes et circum teeta vagantur. 540

iam maris immensi prolem et genus omne natantum  
 litore in extremo ceu naufraga corpora fluctus  
 proluit; insolitae fugiunt in flumina phocae.  
 interit et curvis frustra defensa latebris  
 vipera et attoniti squamis adstantibus hydri. 545

ipsis est aër avibus non aequos, et illae  
 praecepites alta vitam sub nube relinquont.  
 praeterea nec mutari iam pabula refert,  
 quae sitaeque nocent artes; cessere magistri  
 Phillyrides Chiron Amythaoniusque Melampus. 550

saevit et in lucem Stygiis emissa tenebris

## TESTIMONIA.

538 'nee . . . obambulat' Servius Aen. XI 767      539 sq. 'timidi . . .  
 vagantur' schol. Hor. epist. II 1, 36      539 'timidi . . . fugaces' Servius Aen. V 122 ecl. VIII 28      546 sq. Macrobius Sat. VI 2, 14  
 548 sq. Macrobius Sat. VI 2, 13 Servius de ult. syll. 1816 P. Beda de  
 metris 2363      548 'praeterea . . . pabula' Servius Honor. fin. 10 p. 499  
 Endl.      549 'quaesitaeque n. a.' Servius ge. III 511      550 'Phillyrides Ch.' Diomedes p. 310 P. Pompeius p. 112 L.

## VARIA LECTIO.

537 INSIDIANS Ry: cf. Aen. IX 59 infidias (a *in ras.*) b infidias c  
 538 Ne<sup>c</sup> b gregibus (g pr. corr. ex c) b      539 timi<sup>di</sup> c      damne γ  
 540 Num c1 Nune c2 INTE<sup>R</sup> (R sup.) R      cirem] TECTVM P  
 541 immensi bc      NATANTVR P natandū b      542 Litore in extremo  
 (itore in ex *in ras.*) b      543 flumin. c      544 DEPRENSA P: cf. Aen.  
 V 273      545 ADTONITI R<sup>at</sup> toniti c      astantibus c SERPENTIBVS P (an  
 furgentibus?) exstantibus Schraderus      546 aequo<sup>v</sup> γ AEQVVS MPRbc  
 A  
 ILLE M ille γ      547 RELINQVONT P RELINQVVNT Rybc RELIN-  
 QVNT M      548 nec mutari iam Macrobius NEC IAM MVTARI Rb, Beda  
 IAM NEC MVTARI MPyc, ceteri grammatici refert (ert *in ras.*) γ  
 E  
 549 quaesita γ CESSARE M effere (e alt. *in ras.*) b      550 PHILLI-  
 RIDES R Phylliridef γ Pylliridef c      AMYCHAONIVS R amithaoniuf (i add.  
 m.2) γ amythaoniuf b      MELAMPHIVS R malampuf γ1      551 STYGIS P  
 stigiiſ bc      femissa γ

pallida Tisiphone Morbos agit ante Metumque,  
inque dies avidum surgens caput altius effert.  
balatu pecorum et crebris mugitibus annes  
arentesque sonant ripae collesque supini. 555  
iamque catervatim dat stragem atque aggerat ipsis  
in stabulis turpi dilapsa cadavera tabo,  
donec humo tegere ac foveis abscondere discunt.  
nam neque erat coriis usus, nec viscera quisquam  
aut undis abolere potest aut vineere flamma; 560  
ne tondere quidem morbo inluvieque peressa  
vellera nec telas possunt attingere putris;  
verum etiam invisos si quis temptaret amictus,  
ardentes papulae atque immundus orentia sudor  
membra sequebatur, nec longo deinde moranti  
tempore contactos artus sacer ignis edebat. 565

## TESTIMONIA.

553 Diomedes 407 P. 556 'iamque e.' Probi inst. I 10, 1 559  
'nam . . . usns' Nonius 419, 19 566 'contactos . . . edebat' schol. Lu-  
cani VI 96

## VARIA LECTIO.

552 TESIPHONE *P* <sup>fi</sup> tiphone  $\gamma$  ATE (N *m. rec. sup.*, T *crasa vel*  
*in ras.*) *R* tante  $\gamma$  553 furgens *om.* *Diomedes* 555 HORRENTES *R*  
A..rentef (A *e corr.*) *b* arentes *Servius* ripe  $\gamma$  SVPLINT *P* 556  
DANT *P* ADQVE *R* ipfi  $\gamma$  557 DILAPSA *MRyc1:* cf. *Lucanus*  
VI 88 DELAPSA *Pbc2* 558 dieunt  $\gamma$  diseant (ant *in ras.*) *b* 559 COR-  
TIS *P* SVVS *P* UISACERA *M* quisquā (f *in ras.*) *b* 560 uin-  
cerā *b* 561 NEC *Mb* N<sup>e</sup>.. *c* quidē.. *c* INLUUH *M* inluniae  $\gamma$  *c*  
PERESA *MRyc* 562 adtingere  $\gamma$  PUTRES *Myb2* 563 QVIN  
ETIAM *R* TEMPTARET *M* tempterat  $\gamma$  TEMPTARAT *PRy2bc* ami-  
cuf  $\gamma$  564 papulae  $\gamma$  papulae *in ras.* *b* immundof  $\gamma$  immunduf *bc*  
SUDOR *M* 566 CONTRACTOS *P* contactos  $\gamma$  ACER *R* facer *tes-*  
*tantur Servius et schol. Lucani EGNIS P*

ꝝ UERGILI MARONIS // GEORGICON LIB. III EXPLICIT // INCI-  
PIT. LIB. III FELICITER M P URGILII MARONIS GERG LIB. III  
EXPLC INCIP LIB. III FELICITER γ PVP VIRG. MAR. GEOR LIBER.  
III EXPLICIT. // INCIPIT. CARMEN TETRASTICON. OVIDII NASONIS  
(sequuntur quatuor versus, de quibus v. proleg.) INCIPIT. PREFA-  
TIO. LIBER. III INCIPIT. GEORGICON LIBER III c Erasa subscrip-  
tio in b

---

P. VERGILI MARONIS  
G E O R G I C O N  
LIBER QVARTVS

---

Protenus aërii mellis caelestia dona  
exsequar: hanc etiam, Maecenas, aspice partem.  
admiranda tibi levium spectacula rerum  
magnanimosque duces totiusque ordine gentis  
mores et studia et populos et proelia dicam.  
in tenui labor; at tenuis non gloria, siquem  
numina laeva simunt auditque vocatus Apollo:  
5  
Principio sedes apibus statioque petenda,  
quo neque sit ventis aditus (nam pabula venti

---

TESTIMONIA.

1 sq. 'protinus . . . exsequar' Nonius 376, 20 Probus 64, 24      1 Isidors orig. XX 2, 36      2 'hanc e. M.' Probi inst. I 4, 13      6 sq. Gellius V 12, 13      'siquem . . . Apollo' Nonius 51, 12. 331, 23      'siquem . . . sinunt' Servius Aen. II 693 X 275      6 'in . . . gloria' Servius ge. III 290      8 Nonius 367, 3      9—12 Columella de r. r. IX 4, 1

---

VARIA LECTIO.

1 PROTENVS *Pγ1* PROTINVS *MRbc*, *Probi*, *Nonii*, *Isidori exempl.*  
celestia γ      2 EXEQVAR *M* prosequar *Probus*      MICENAS *M*      apice  
*b*      partē (*ē in ras.*) *b*      3 laeuum γ      4 Magnimof *b*      ex ordine *c*  
gentef *b1*      5 MĀIORES *M*      populos] motus *Schraderus* populos  
*Servius*      dicam *in ras.* *b*      6 at (*t in ras.*) *b*      7 leua γ probat *No-*  
*nius* laeva testantur *Servius*, *Gellius*, *Philargyrus*      finant *Servius*  
*Aen.* II 693      AVDET *P*      8 statio (*t post. in ras.*) γ      legenda *Schra-*  
*derus* petenda testatur *Nonius*      9 VESTIS (x m. 2 add.) *R* nentif (if  
*e corr. in ras.*) γ

ferre domum prohibent) neque oves haedique petulci	10
floribus insultent, aut errans bocula campo	
decutiat rorem, et surgentis atterat herbas.	
apsint et picti squalentia terga lacerti	
pinguibus a stabulis, meropesque aliaeque volueres	
et manibus Progne pectus signata cruentis;	15
omnia nam late vastant ipsaque volantis	
* ore ferunt dulcem nidis immixtibus escam.	17
* neu propins tectis taxum sine, neve rubentis	47
ure foco caneros, altae neu crede paludi,	
aut ubi odor caeni gravis aut ubi concava pulsu	

## TESTIMONIA.

10 sq. 'neque . . . insultent' Festus p. 206 M. v. petulci	'haedi-
11 'aut . . . campo' Probus 64, 30	10 'petulci' Probus 64, 29 K.
12 'aut . . . campi' Probus 64, 31	14 'meropes . . . volueres' Pro-
15 Servius eel. VI 74 Aen. I 235 Probus 65, 5	bus 64, 31
16 sq. 'ipsaeque . . . escam' Nonius 459, 28	16 sq. 'ipsaeque . . . escam' Nonius 459, 28
17 'ne . . . sine' Arusianus p. 254 L.	47 'nen p. tectis' Priscianus
	1173 'ne . . . sine' Arusianus p. 254 L.

## VARIA LECTIO.

10 PROHIBET P	AEDI R $\gamma$ b <i>edi</i> c	11 AV (T m. 2) R	.errans
b	BOCVLA P $\gamma$ BVCVLA MR $b$ bu.cula (e e corr.) c	CAMPI	
P	12 ABTERAT R adte.rat (d corr. in t) $\gamma$	13 apfint $\gamma$ ABSINT	
MPRbc	picif qualentia (f in ras., qualentia eras.) c	pictus	
calentia $\gamma$ 1, picti f $\gamma$ alentia (in mg. at squalentia) $\gamma$ 2	14 AB M teste		
Freitagio	MAEROPE $s$ M meropif (mero in ras.) b	meropesque	
malaeque vel meropes avidaeque vel m. blattaeque vel m. vespaeque Schra-			
derus meropesque aliaeque volueres testantur Probus, Serrius, Philar-			
gyrus	15 maculis Marklandus ad Stat. Silv. V 3, 84 manibus defen-		
dit Lachmannus Lucr. 165	prochne $\gamma$ progne c	signata.. c	
ernentum Servius Aen. I 235	16 latae $\gamma$	ipsaeque Nonius	
uolantef $\gamma$ 2c	17 IMMITHBVS R IMMITHBVS P iumi. tibus (i sec. corr. ex	uolantef	
m, ut vid.) $\gamma$	Post v. 17 rectius v. 47—50 sequi, siquidem in 'philoso-		
pho dogmatico' versaremur, animadvertisit Heynius.	pho dogmatico' versaremur, animadvertisit Heynius.	Nobis	
Nobilis	Nobis	quatuor	
illi versus aut in priore editione omnino non positi et secundis demum			
curis a poeta additi, nondum tamen reliquorum ordini inserti esse			
videtur, aut si iam antea extiterunt, nullo modo potuisse alio loco			
recte collocari: cf. lect. Verg. p. 6	47 ne Arusianus, Prisciani Voss.		
proprius $\gamma$	proprius taxum c	rubentif tectif c	48 CANOROS P
chauero <sup>A</sup> c	ALTE M	49 odor (in mg. at dolor) $\gamma$	CONCHAVA M
V	PULSI (V col. rubro) M pulso $\gamma$ pulsu in ras. b		

saxa sonant vocisque offensa resultat image.	50
at liquidi fontes et stagna virentia musco	18
adsint et tenuis fugiens per gramina rivos,	
pahnaque vestibulum aut ingens oleaster immubret,	20
ut, cum prima novi ducent exagnina reges	
vere suo, iudetque favis emissa iuventus,	
vicina invitet decedere ripa calor,	
obviaque hospitiis teneat frondentibus arbos.	•
in medium, seu stabit iuers seu profluet unno,	25
transversas salices et grandia conice saxa,	
pontibus ut crebris possint consistere et alas	
pandere ad aestivom solem, si forte morantis	
sparserit aut praeeeps neptuno immerserit eurus.	
haec circum easiae virides et olientia late	30
serpulla et graviter spirantis copia thymbrae	
floreat, irrigumque bibant violaria fontem.	

## TESTIMONIA.

50 Aeron ad Hor. earm. I 20, 7 ‘vocisque . . . imago’ Macrobius Sat. VI 6, 7 19 ‘et . . . rivos’ Servius ge. IV 60 20—24 Columella de r. r. IX 5, 4 22 ‘vere suo’ Donatus in Ter. Andr. III 2, 30 27—29 Columella de r. r. IX 5, 5 29 ‘aut . . . eurus’ Servius ge. I 12 30 sq. ‘easiae . . . serpilla’ Probus 65, 11 K. 31 sq. ‘et . . . floreat’ Servius Aen. VI 201 31 ‘et . . . thymbrae’ schol. Persii III 89 ‘graviter . . . thymbrae’ Servius Aen. VII 705

## VARIA LECTIO.

18 AD R A M	19 fugiant e1	RIUOS M RIVVS Rybe	20
ant γ1, et γ2 ATQ- F	inumbret γ1, °umbret γ2 obumbret e,		
Columella 21 AT P novi] uere Columellae Reg.	EXAGMINA M		
EXAMINA PRybe 22 om. Columellae Reg.	fuo] MVO P: novo?		
ut I 43. Testantur suo Donatus et Servius	FAMIS P eavis Schrade-		
rus E MESSA M	23 DISCEDERE R CATORI P	24 ospitiif γ	
TENEANT P ten& γ	hospiitiif—arbof (iif—arbof in ras.) b	25	
feu stabit (u e corr. in ras.) γ	PROPROFLVET R PROFLVIT Pyt		
profluat b humor bc	27 & γc pos. fint (eras. f ut vid.) γ	28	
AESTIVVM MRybe	MORANTES Rγ2	30 uiridif γ1	LATAE M
31 serpylla γ SERPYLLA (R m.2 add.) R Serpylla c, (y in ras.) b	32 florent (n corr. in a) γ		
serpylla Probus thymbre γ			

ipsa autem, seu corticibus tibi sutā cavatis,  
seu lento fuerint alvaria vimene texta,  
angustos habeant aditus: nam frigore mella 35  
cogit hiemps, eademque calor liquefacta remittit.  
utraque vis apibus pariter metuenda; neque illae  
neququam in tectis certatim tenvia cera  
spiramenta linunt, fucōqne et floribus oras  
explet, collectumque haec ipsa ad munera gluten 40  
et visco et Phrygiae servant pice lentius Idae.  
saepe etiam effossis, si vera est fama, latebris  
sub terra fovere larem, penitusque repartae  
punicibusque cavis exessaeque arboris antro.  
tu tamen et levi rīmosa cubilia limo 45  
ungue fovens circum, et raras superinice frondes.

## TESTIMONIA.

34 Charisius 82 Beda de metris 2374 P. ‘lentum vimen’ Servius  
Aen. III 384 35 sq. ‘nam . . . remittit’ Nonius 265, 8 36 ‘cogit h.’  
Probi inst. I 17, 7 40 ‘collectum . . . gluten’ Charisius 67, 106 41  
Nonius 338, 14 43 ‘sub . . . larem’ Nonius 311, 28 44 ‘exesaeque  
a. a.’ Macrobius Sat. VI 6, 6 45 sq. ‘tu . . . circum’ Aeron ad Hor.  
carm. I 17, 12

## VARIA LECTIO.

33 corticabūf γt	34 UENTO M lento (o e corr.) γ	ALVARIA
<i>PBr</i> , Charisius	ALUARIA M aluearia γc, testatur Beda	vimene γ
VIMINE MPRbc	35 ADITOS M	36 inter lineas add.a IQ·FACTA
<i>R</i> Hic in singulāri folio inserti versus 44—75, manu aliena scripti:		
c 37—81 deficit <i>R</i>	37 ILLE M ille γ PALLAE P	38 NEQUICQUAM
M tenuia (in mg. at tenula) γ	39 foribus a HORAS P	40 col-
lectum hec a GLUTĒ M glu.ten γa glaten c		41 Et (t in ras.) c
frigia <sup>e</sup> (in mg. at figiae) γ frigiae bc feruent γ		TENTIVS P
lentiūf (diversis manibus, quarum media extincta, summa recentissima est) a lentiūf (uf in ras.) b lentiūf testantur Nonius, Philar-		
gyrus 43 FODIERE M fovere testatur Nonius		PĀENITUS M poe-
nitus γ reperte γc 44—57 om. c, adiungitur 76 ad 43 in eadem		nitus s
pagina sine ullo intervallo 44 EXEAE M exefac γac, in ras. b		45
ET LEVI MPc & leui γ e.leui b e leui (e in ras.) a e leui γ, Aeron		RIMO M saxo
‘e levi . . . alii et levi legunt’ Servius (etiam Vat. Par.)		L

Quod superest, ubi pulsam hiemem Sol aureus egit 51  
 sub terras caelumque aestiva luce reclusit,  
 illae continuo saltus silvasque peragrant  
 purpureosque metunt flores et flumina libant  
 summa leves. hinc nescio qua dulcedine laetae 55  
 progeniem nidosque fovent, hinc arte recentis  
 excludunt ceras et mella tenacia singunt.  
 hic ubi iam emissum caveis ad sidera caeli  
 nare per aestatem liquidam suspexeris agmen  
 obscuramque trahi vento mirabere nubem, 60  
 contemplator: aquas dulcis et frondea semper  
 tecta petunt. hue tu tusso asperge sapores,  
 trita melisphylla et cerinthae ignobile gramen,  
 timitusque cie et Matris quate cymbala circum:

## TESTIMONIA.

- 55 sq. 'hinc . . . fovent' Nonius 311, 20      58 sq. Nonius 353, 23  
 'emissum . . . agmen' Arusianus p. 230 L.      59 Servius in Aen. IV 245  
 VI 16 cf. Quintiliannus VIII 6, 18      'nare . . . liquidam' Pompeius 466 L.  
 Servius Aen. I 118, 224      61 sq. 'aquas . . . petunt' Priscianus 775 P.  
 61 'contemplator aquas dulces' Sergius 1811 P. Servius ge. I 187  
 62 'hinc . . . sapores' Arusianus p. 231 L.      63 Probus 65, 14 K. Columella de r. r. IX 8, 13      64 sq. 'matris . . . sedibus' schol. Lucani IX  
 288      64 Diomedes 455 P.

## VARIA LECTIO.

- Acron*      46 Vng. e a Unge c      stratas *Hildebrandus Apud. met. T. I* 256  
 superinice] ET PERNICE *P*      51 super.. γ      52 TERRA (*S rubr.*) *M*  
 reclu. it *c1*      53 ille γ      SALTVM *P*      54 Purpureaf *c*      55 hinc . . .  
 laetae: *cf. ge. I 412*      letae γ      56 PROGNIEM *P*      f. ouent γ      fo-  
 ueñ hinc (*hinc in ras.*) *b*      RECENTES *My2c*      57 EXCLVDVNT  
*Pa* in *mg.* Excluñ (*eucluñ in ras.*) *b*      58 HIC *P* HINC *Myabe*, *Nonii*  
*exempl.*      iā.. *c*      'missum γ      59 acimen (*c corr. in g*) γ      60 ob-  
 feura γ      TRAIIT *P*      61 CONTEMPLATOR AQUAS DULCES. *M*, *Sergius*, *Servius ge. I 187*      duleef γ<sup>2</sup>c duleis testatur *Priscianus*      62  
 TU HIC *M*      tunso *Reiskius contl.* 267 IVSSOS *libri*      asparge *Arusi-*  
*iani Ambr.*      SOPORES *P*      63 MELLISPHYLLA *My1* melisphylla  
 (*lisphylla in ras.*) *b*      cerinthae γ ceronthae *b1*      CARMEN *P* gramm  
*Probi Par.* germanus susp. *Burmannus*      64 *c1& a*      cimbala *c*  
 RIBBECK, VERGIL.

ipsae consident medicatis sedibus, ipsae  
intuma more suo sese in cunabula content.

65

Sin autem ad pugnam exierint (nam saepe duobus  
regibus incessit magno discordia motu;  
continuoque animos volgi et trepidantia bello  
corda licet longe praesciscere: namque morantis 70  
Martins ille aeris rauci canor inerepat, et vox  
auditur fractos sonitus imitata tubarum;  
tum trepidae inter se coenunt pinnisque cornuscent  
spiculaque exaequunt rostris aptantque lacertos,  
et circa regem atque ipsa ad praetoria densae 75  
miscentur magnisque vocant clamoribus hostem  
ergo ubi ver nanetae sudum camposque patentis  
erumpunt portis: concurritur, aethere in alto  
fit sonitus, magnum mixtae glomerantur in orbem,  
praecipitesque cadunt; nou densior aere grando,

70

75

80

## TESTIMONIA.

69 sq. 'animosaque regum corda l. l. praesciscere' Priscianus 824 P.  
70—72 Columella de r. r. IX 9, 4 72 'fractos . . . tubarum' Servius  
Aen. III 556 73 Nonius 408, 12 77 'ver n. sudum' Servius Aen.  
VIII 529 78 Servius ge. IV 5 80 sq. 'non . . . glandis' Arsusianus  
p. 257 L.

## VARIA LECTIO.

A  
65 IPSE M ipse, e γ confident (f e corr., fort. ex e) γ confident  
schol. Lucani (nisi quod confident Guelf.) MEDICA NTIS M 66 IN-  
TIMA Myabe condunt e 67 exierint (i post. corr. ex u) γ 68  
incepsit magnos . . . motus Reiskius. Librorum auctoritatem tuerit Ser-  
rius 69 animus γ1 VVLGI ET Mac uolgie <sup>x</sup> γ VVLGITET P et  
trepidantia bello] animosaque regum Priscianus 70 longe] vulgi Co-  
lumella morantef γ2e 71 ARIES P 72 auditor γ FRACTVS Pa-  
tractos Schraderus fractos testatur Serrius utroque loco sonitus in  
ras. b 73 DVM P tunc e, Nonius Nunc b trepide (i post. corr. in  
d) γ trepide e quoequent γ pennif γ2ac 74 Spienla <sup>q</sup> a 75  
ro. gem (o corr. in e, g e corr.) γ atque] QTQVE P 77 NANCTAE  
P naete. (in mg. at nanete) γ NACTAE Ma naetae (nae in ras.) b naete e  
campif γ1 potentif γ1 78 IRVMPVNT P CONCURRITUR AETHERE  
M, Servius ge. IV 5 &aere γ 79 MAGNO<sup>VM</sup> M orbē. γ 80 aere su-

nee de conessa tantum pluit ilice glandis.  
 ipsi per medias acies insignibus alis  
 ingentis animos angusto in pectore versant,  
 usque adeo obnixi non cedere, dum gravis aut hos  
 aut hos versa fuga victor dare terga subegit. 85  
 hi motus animorum atque haec certamina tanta  
 pulveris exigui iactu compressa quiescent.  
 verum ubi ductores acie revocaveris ambo,  
 deterior qui visus, eum, ne prodigus obsit,  
 dede neci; melior vacua sine regnet in anla. 90  
 alter erit maculis auro squalentibus ardens.  
 nam duo sunt genera: hic melior insignis et ore

## TESTIMONIA.

81 Priscianus 726 P. 'haee glandis nominativo posnit Virgilinus'  
 Probi inst. II 1, 12 'haee glandis, sicut Virgilinus' idem II 1, 42 cf.  
 Cassiodorus de or. T. II p. 567 b ed. Ven. 83 schol. Stat. Theb. I  
 417—81 usque . . . cedere' Nonius 446, 26 87 'pingua . . . ut idem  
 ait, pulveris . . . quiescit' Columella de r. r. IX 9, 6 88 Charisius  
 49, 96 anon. de orthogr. 2777 P. Servius ecl. VI 18 89 sq. 'dete-  
 rior . . . neci' Nonius 432, 10 90 Columella de r. r. IX 10, 6 89  
 'dede n.' Arusianus p. 223 l. 91—93 'namque duae regum facies, dno cor-  
 poraa gentis. ('plebis' Reg.: cf. 95) Alter erit . . . ardens (om. 92) Et  
 rutilis e. squamis insignis et ore' (cf. 92) Columella de r. r. IX 10, 2  
 92—95 Vegetins de re milit. I 6

## VARIA LECTIO.

*praser.* γ 81 pluit, in mg. al fluit, γ 82 *Construendum est:* ipsi  
 (h. e. reges) insignibus per medias acies alis, *quod si animalia vertisset*  
*Wagnerus quaest.* Verg. XVIII 2 e. de laetitia post v. 82 *statuenda rix*  
*cogitasset* 84 *CREDERE* P. 'h̄ γ 86 *TAÑU* M 87 pulueret γ 1  
*LACTO* P iactu (u in ras.) a enmpreffa γ 1 conpreffra ac QVIEST-  
 CENT Pa2e quiescent γ QVIESTVNT Ma1b 88 renocaberif e AMBO  
 Mb1, testantur Charisius, anon. de orthogr., Servius ecl. VI 18 ambof (of  
 e corr.) γ ambo l (f e corr.) ab AMBOS Pe 'ambos; legitur et ambo' Phi-  
 largyrus 89 ne supraser. γ OBSIET M obstet Nonii ed. pr. obst  
 Wolf. eiusdem. Versi 91 praemittit Columella huic: namque duae regum facies, duo corpora gentis, similia illa r. 95 91 auro squalentibus (f pr. add. m.2) γ 92. no genera γ A HIC MELIOR INSIGNIS ET  
 ORE eras. P MELIOR (Q rubr.) M orae γ Et rutilis clarus  
 squamis, insignis et ore Columella: cf. 93

et rutilis clarus squamis; ille horridus alter  
desidia latamque trahens inglorius alvom.

Vt bimae regum facies, ita corpora plebis. 95  
namque aliae turpes horrent, cen pulvere ab alto  
quom venit et sicco terram spuit ore viator  
aridus; eluent aliae et fulgore coruscant  
ardentes auro et paribus lita corpora guttis.  
haec potior suboles, hinc caeli tempore certo 100  
dulcia mellia premes, nec tantum dulcia quantum  
et liquida et durum Bacchi domitura saporem.

At quom incerta volant caeloque exagmina induunt,  
contempnuntque favos et frigida teeta relinquunt,  
instabilis auimes ludo prohibebis manu. 105  
nec magnus prohibere labor: tu regibus alas  
eripe; non illis quisquam cunctantibus altum

## TESTIMONIA.

94 Columella de r. r. IX 10, 2 95 Servius ge. IV 5 96 sq.  
'pulvere . . . viator' Columella de r. r. IX 10, 2 98 'eluent . . .  
coruscant' Arusianus p. 218 L. 99 Columella de r. r. IX 3, 3 Servius  
ge. IV 254 'et . . . guttis' Priscianus 867, 873, 899, 908 'lita  
e. g.' Diomedes 367 P. 101 sq. 'nec tantum . . . liquida,' Servius  
in Aen. I 432. 102 'et durum B. d. s.' Macrobius Sat. III 11, 10  
schol. Persii III 8 105 Nonius 326, 20 107 sq. 'non illis . . . signa.'  
Nonius 252, 21

## VARIA LECTIO.

93 rutilif (i post. in ras.) b SQVAMVS P illae orridus γ  
94 ingloriuf (u e corr., m.1 fort. a) γ aluōm γ ALUUM Mabc  
95: cf. ad 91 bene γ1 96 TURPIS M 97—117 F 97 QUOM F  
CVM MPabc terram sicco ac 98 et lucent Arusiani Gu. cur-  
rufescant b1 99 ARDENTES (E alt. fort. corr. ex I) F ILLA, sed  
I alt. m.2 corr. in T, F 'ordo est: ardentes auro corpora, et  
paribus guttis lita' Philargyrus 100 fobolef ac 101 PRAEMES F  
PRAEMENS Mc praemef γ 102 & durum γ bachi c domitura  
(edomitura?) γ domitura (u in ras.) a saporem (a e corr.) γ 103 AVT  
P AE (E m.2 corr. in T) F quom Franc. QUUM F CVM MPabc  
caelo (o in ras.) b caelo c exagmina γ EXAGMINA M EXAMINA  
FPabc 104 CONTEMNUNT Fabc contē.. nunt (ē in ras. e corr.) γ  
CONTEMNVNT MP RELINQUONT F RELINQVNT P reliuquunt γabc  
RELINCU᷑ M 105 INSTABULIS M instabulif γ1 INANT (T ras. corr.  
in I) P prohib&if c1

ire iter aut castris audebit vellere signa,  
invitent croceis halantes floribus horti,  
et custos furum atque avium cum falce saligna      110  
Hellestiaci servet tutela Priapi.  
ipse thymum pinosque ferens de montibus altis  
tecta serat late circum, qnoi talia curae;  
ipse labore manum duro terat, ipse feracis  
figat humo plantas et amicos inriget imbris.      115

Atque euidem, extremo ni iam sub fine labornis  
vela traham et terris festinem advertere proram,  
forsitan et, pinguis hortos quae cura colendi  
ornaret, canerem, biferique rosaria Paesti,  
quoque modo potis gauderent intiba rivis      120  
et virides apio ripae, tortusque per herbam

## TESTIMONIA.

108 Rufinus de schem. Iex. 238 R.    109 'halantes f. h.' Arusianus p. 233 L.    110 sq. Probus 67, 23 K. Macrobins Sat. III 6, 45  
114 sq. 'ipse feracis . . . imbris.' Nonius 459, 33    116 sqq. 'nece deterrebit quarundam rerum humilitas . . . quamquam videmus Vergiliū praecellentissimum vatēm ea de causa hortorum dotes inguisse.' Plinius nat. hist. XIV 1    119 'biferique r. P.' schol. Lueani X 165  
120 Nonius 208, 32 Priscianus 861, 920

## VARIA LECTIO.

108 et *Rufianus* UELLERE (E extr. in ras.) F uellere (e sec. e corr.) γ 109 halenteſ (eſ in ras.) γ alanteſ c    110 FRUGUM M furum testantur Macrobius et Philargyrus enni] IAM P    111 Hellestiaci a tute.la c    112 ipfae γ THYMUM (Y in ras.) F TINOS P 'legitur et tinos' Philargyrus: cf. 141    113 Tecto c1 SERAT (T fort. corr. ex E) F late circum γ2, altae circum ut vid. γ1 latae e. b CIRCVMlate P QUOI F GVI MPyabc talia. (eras. e, ut vid.) γ  
114 ipfae γ MAXIMUM M DVRA P feraeſ c    115 IGAT P humū c INRET (m. rec. sup.) F IRRIGET Mc IMBRES Fac hymbref γ 116 EXTRAMO M IM M am γ 117 proraſ (f corr. in m) γ prora (ā in ras.) b    118—124 F 118 colenti γ1, fort. melius T DE  
119 ORNAREM M PESTI Fe BASTI M p. . . elti γ 120 libris Priscianus utroque loco: cf. 1120    121 VIRIDIS FMPy1 REPAE P

cresceret in ventrem cucumis; nec sera comantem  
narcissum aut flexi tacuisse vimen acanthi  
pallentisque hederas et amantis litora myrtos.  
namque sub Oebaliae memini me turribus arcis, 125  
qua niger umeat flaventia culta Galaesus,  
Corycium vidisse senem, cui paucia reliqui  
ingera ruris erant, nec fertilis illa iuvencis  
nec Cereri opportuna seges nec commoda Baccho.  
hic rarum famen in dumis holus albaque circum 130  
lilia verbenasque premens vesunique papaver

## TESTIMONIA.

122 sq. 'nec . . . narcissum' Servius Aen. X 91      124 'amantes  
l. m.' Isidorus orig. XVII 7, 50      125–127: cf. Probus 65, 18 K.  
125 'namque . . . memini' Probi inst. I 7, I      'namque s. O.' Probi  
inst. I 10, 3      125, 127 (om. 126) 'namque . . . senem' Arusianus  
p. 245 L.      'memini me turribus altis Corycium vidisse senem' (om.  
126) Agroetius 2268 anon. de orthogr. 2791 P. Servius Aen. II 12  
'memini Corinthium vidisse senem' gloss. in Barthii adv. XXXVII 14  
126 schol. Hor. carm. II 6, 9      127 sq. 'eui . . . ruris' Servius  
Aen. II 357      127 'Corycium v. s.' schol. Lucani III 226      'Corycium  
v. s. memini' schol. Lucani VIII 26      129 Nonius 395, 17      'nēe . . .  
seges' Servius ge. I 47      130 'hic . . . holus' Nonius 379, 26

## VARIA LECTIO.

122 Cresc& <sup>re</sup> e fero γ2a2e fero (o e corr. in ras.) γ fero (o  
fort. corr. e.e a) u COMANTE (M m. sat. ant.) F      123 Narcifum a  
M . . aut (a m.2 in ras.) γ TACUSSSE (M m. sat. ant.) F TCAUISSEM  
M aehanti γabc 124 Pallantis b1 QUE om. F HERAS P  
amantef e LITORE (E m. rec. corr. in A) P litora (a e corr.) γ  
125 OEBALLIAE M oebaliae (o m.2) γ oebalij (je in ras.) a Oebalia  
Probi inst. I 7, 1 ARGIS P,b2 in ras., Arusianus 'Oebalia arx ab Oe-  
balo dicitur' e. q. s. Probus 'Oebalam areem Tarentinam dicit' e. q. s.  
Philargyrus 'aree sub Oebalia' Corippus de luude Iustin. III 94  
altif (lt m.2) γ ALTIS Fac, Agroetius, anon. de orthogr., Servius:  
itaque legisse videtur Claudianus in Prob. 260 AUTIS M      126 hu-  
meat ac FLAVENITA P galefuf γe, Acron      127 coricium γ  
Corinthium gloss. Barth.      128 iuge <sup>ta</sup> γ IURIS M fertilef γ  
129 Cereri Salmasius exere. Plin. 366: cf. II 229 PECORI MPγabc  
Nonius, Servius ge. I 47 oportuna abc SEDES P comoda γ  
130 dulis Nonii exempl. <sup>h</sup>oluf γ oluf b holof <sup>v</sup>e c      131 praemens bc

regum aequabat opes animis, seraque revertens  
nocte domum dapibus menses onerabat inemptis.  
primus vere rosam atque autumnio carpere ponat,  
et cum tristis hiemps etiamnum frigore saxa 135  
rumperet et glacie cursus frenaret aquarum,  
ille coniam mollis iam tundebat hyacinthi  
aestatem increpitans seram zephyrosque morantis.  
ergo apibus fetis idem atque examine multo  
prius abundare et spumantia cogere pressis 140  
mella favis: illi tiliae atque uberrima pinus,  
quotque in flore novo pomis se fertilis arbos  
induerat, totidem autumnio matura tenebat.  
ille etiam seras in versum distulit nimos

## TESTIMONIA.

132 'regum . . . animo,' Servius in Aen. I 141      133 'dapibus . . .  
inemptis' schol. Hor. epod. 2, 48      135 'et . . . hiemps' schol. Inven-  
nialis IV 56      136 'glacie . . . aquarum.' Macrobius Sat. VI 6, 18  
138 'aestatem i. s.' Nonius 329,11 Probi inst. I 1, 1 Aeron ad  
Hor. carm. I 38, 4 Servius Aen. I 738 XII 758      139–141 'ergo . . .  
favis' Eutychius II 5      139 sq. 'ergo . . . abundare.' Nonius 41, 17  
140 sq. 'et spumantia . . . favis.' idem 365, 4      142 sq. Aeron  
ad Hor. carm. III 1, 30      144 Nonius 281, 27 Servius Aen. V 119

## VARIA LECTIO.

<sup>h</sup> 132 equabat γ ANIMIS MPybe, Servius animis (if *in ras.*) a  
animo γ, Servii Aen. I 141 exempl. fera in ras. b fera . . . γ 133  
onerabat γ onerabat c INEMTIS M inemptis (emp in ras.) b 134  
atque (a m.2 corr. ex u, ut vid.) γ 135 ETIANNVM P etiamnum γ1,  
etiamnum γ2abc frigora c1 136 RVMPERIT P glacie γ gla-  
tiae c 137 IAMTVMTONDEBAT Pac iam tundebat γ HYACINTII  
(punct. rubr., in mg. m. rec., col. rubro: ACHANTI) M hiacinti γ hya-  
cineti b achanti a1c, iachinti a2 138 aeftat.em γ increpitaf γ ze-  
phirof c MORANTES Me 139 fetuf γ1 idem atqne] IDEMQVE P  
multo. (o m.2) γ 140 habundare a 141 ILLIC P ill γ TELIAE  
P TILIA M uberrima c1 'ipsius autem manu duplex fuit scriptura:  
tinus et pinus uberrima' Philargyrus: cf. 142 142 QVODQVE Pγ  
Quotq: (t *in ras.*) ab 143 MATURE M 144 eraf γ in nerfum  
γb, Nonius, testatur Servius INUERSUM continuant Mac in versu  
Servii Aen. V 119 exempl. IN VENTVM P

ceduramque pirum et spinos iam pruna ferentis  
iamque ministrantem platannum potantibus umbras.  
verum haec ipse equidem spatiis exclusus iniquis  
praetereo atque aliis post me memoranda reliquo.

Nunc age, naturas apibus quas Iuppiter ipse  
addedit, expediam, pro qua mercede canoros  
Curetum sonitus crepitantiaque aera secutae  
Dictaco caeli regem pavere sub antro.  
solae communis natos, consortia tecta  
urbis habent, magnisque agitant sub legibus aevom,  
et patriam solae et certos novere penatis; 155  
venturaeque hiemis memores aestate labore  
experimunt et in medium quae sita reponunt.  
namque aliae vietu invigilant et foedere pacto

## TESTIMONIA.

145 ‘eduram . . . spinos’ Charisius 117 ‘eduramque p.’ Servius Aen. VIII 610 ecl. VII 32 117 sq. ‘atque ea quae quondam spatiis exclusus iniquis, Cum caneret lactea segetes et munera Bacchi, Et te, magna Pales, nec non caelestia mella. Vergilius nobis post se memoranda reliquit’ Columella de re r. X 2 sqq. 151 sq. ‘crepitantia . . . antro’ Servius ge. IV 66 151 ‘Curetum . . . aera.’ Macrobius Sat. V 19, 12 152 Columella de r. r. IX 2, 4 Servius Aen. III 171 151 ‘magnisque . . . aevum’ Arusianus p. 212 L. 156 sq. ‘aestate l. e.’ Arusianus p. 226 L. 157 ‘et . . . reponunt’ Arusianus p. 238 L. 158 ‘namque aliae vietu inn.’ Asper 112, 22 K. Priscianus 778 P. ‘invigilant vietu’ Arusianus p. 239 L.

## VARIA LECTIONE.

145 ETDVRAM *P* EDVRAM *M*yabc cum ceteris testibus PINUM *M*  
pyrum *c* SPINVS *P* spinos testatur Charisius ferentes γ2c 146  
PORTANTIBVS *P* 147 IPSA *M* qайдē a quidē bc iniquif (f m.2  
*in ras.*) γ 148 post me memoranda γ post me memoranda (memoranda  
*com*  
*in ras.*) *b* POSTMEMORANDA MPya post cōmemoranda *c* relinquo *in ras.* *b* 149 naturaf *superser.* *a* iupiter *bc* ipfae γ 150 addedit  
γ1 ADDIDIT MPabc 151 Curaetū *b* AERE *P* 152 Dietheo γ  
153—169. 170—174 *F* 153 COMMUNES *Me* LATO (S. col. rubro)  
*M* confotia *c* 154 QUE om. *P* legebus *c1* aeñom γ<sup>v</sup><sub>b</sub> AEUUM  
*Mac* 155 AT (E m. ant., fort. eadem) *F* et alterum om. *c* PENAT-  
TES *F* Myabc 156 IHEMES *M*.emis γ laborē (č *in ras.*) *a* laborum *c*  
157 IM *P* 158 invigilant vietu Arusianus FOERE (sup. m.2) *F*

exercentur agris; pars intra saepta domorum  
 Narcissi lacrimam et lendum de cortice gluten  
 prima favis ponunt fundamina, deinde tenaces  
 suspendunt ceras; aliae spem gentis adultos  
 educunt fetus; aliae purissima mella  
 stipant et liquido distendunt nectare cellas.  
 sunt quibus ad portas ecedit custodia sorti,      160  
 inque vicem speculantur aquas et nubila caeli,  
 aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto  
 ignavom fucos pecus a praesepibus arcent.  
 fervet opus, redolentque thymo fragrantia mella.  
 ac veluti lentis Cyclopes fulmina massis      165  
 cum properant, alii taurinis follibus auras

## TESTIMONIA.

160 'et . . . gluten' Charisius 106      161 sq. 'deinde . . . ceras'  
 Priscianus 777 P.      161 'liquido . . . cellas.' Probus 11, 17 K.      165  
 Priscianus 1006, 1011 Alcuinus 2123 P.      167 Maximus Vict. de carm.  
 hor. 5 Diomedes 412 P.      'suscepunt onera venientum' de gen. nom.  
 90 H.      168 Nonius 33, 19, 460, 6 Isidors orig. XII 8, 3 thes. nov.  
 lat. in A. Mai anct. class. VIII 214      'ignavum pecus . . . a praesepibus  
 arcentur' Colmella de r. r. IX 15, I      169 'redolent . . . mella'  
 Isidors orig. XVII 9, 12 Diomedes p. 304 P.      171 'taurius.' Servius Aen. IX 706

## VARIA LECTIO.

159 septa γαε      160 Nareifi α GLUTE<sup>—</sup> Μ glitem γι      161  
 TENACES Μγε tenaces testatur Priscianus      162—164: cf. Aen. I  
 431 sq.      162 caeraf γbc      alia. (a corr. in w) γ      163 DVISSIMA Μ  
 mella (a m.2) γ      164 Stipent c1      ETÀ F GELLAS P      165  
 portam Alcuinus CAECIDIT F CAECIDIT Μ forte γ sorti testantur  
 Priscianus et Alcuinus      167—169 = Aen. I 434—436      168 ignauom  
 γ IGNAYUM EMabc . . . focof (eras. fort. aut) γ fueof (f e corr.) b  
 specuf γ praesepib; arcent (epib; arcent in ras.) γ pecuf—arcent  
 (f—arent in ras.) b      urget vel arect thes. nov. lat.      169  
 FERVET MPyabc, testatur Servius ad Aen. I 436 FERVIT F1, testa-  
 tur Philargyrus redolen<sup>t</sup> b FRAGLANTIA FMγ fraglatia b FLA-  
 GRANTIA Pac2, Diomedis Par. A, Mon.: cf. Servius ad Aen. I 436  
 fragrantia c1      170 LENTE P LENTI (S prope evanuit) F ciclopel c  
 fulmina γ2, fulmina γ1      171—173: cf. Aen. VIII 449—453  
 171 ALIFI F: araf a

accipiunt redditumque, alii stridentia tingunt  
aera lacu; gemit inpositis incudibus Aetna;  
illi inter sese magna vi brachia tollunt  
in numerum, versantque tenaci forcipe ferrum: 175  
non aliter, si parva licet componere magnis,  
Cecropias immatus apes amor urgnet habeundi  
munere quaque suo. grandaevis oppida curae  
et munire favos et daedala fingere tecta.  
at fessae multa referunt se nocte minores, 180  
crura thymo plenae; pascuntur et arbuta passim  
et glaucas salices casiamque crocumque rubentem  
et pingue tiliam et ferrugineos hyacinthos.  
omnibus una quies operum, labor omnibus unus:  
mane ruunt portis; nusquam mora; rursus easdem 185  
vesper ubi e pastu tandem decidere campis  
admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant;  
fit sonitus mussantque oras et limina circum.

## TESTIMONIA.

170 Nonius 257, 21 'si . . . magnis' Servius A-n. II 496 179  
'daedala teeta.' Macrobius Sat. V 17, 15 181 'erura t. p.' Arusianus p. 251 L. 'thymo p.' Diomedes p. 291 P. 'pascuntur . . .'  
passim' Pompeius p. 309 L. 182 Nonius 202, 11 'erocumque r.'  
Charisii exc. p. 518 K. schol. Iuvinalis VII 208 183 'et f. h.' Nonius 519, 6 184 'omnibus . . . operum' Arusianus p. 257 L. 185  
'mane r. p.' Probi inst. I 9, 2 Cledonius 1923 P.

## VARIA LECTIO.

172 ALI P alii. γ 173 impositif c ΑΕΤΝΑ M<sup>b</sup> & na γ & lna ac  
ANTRVM FP ut Aen. VIII 451 174 ILLIS F brachia c 175 uer-  
fan γ forcipe c 176 aliter] ALICET P sifparua in ras. b 177  
Cecropeaf γ2ac URGET M urg& γ urg. & a 178 Munera a1  
grandenif γc opida c 179 dedala γ 180 AD Pytab1 181 Hinc  
redit R plena c1 182 salicis Nonii exempl. CROCVM (VM in  
ras.) R 183 PINGEM P TILIANA M thiliā c taliā ut vid. γ1  
hyacinthof γ hyacinthof b iacyntof c 184 OMNIB-Q M quef γ  
185 NVMQVAM P 186 DECEDEDEIRE M decere c 187 TVNC CORPORA  
MP (siquidem hue spectat Fogginii testimonium) 188 nufant γc

- post ubi iam thalamis se composuere, siletur  
in noctem, fessosque sopor suos occupat artus. 190  
nec vero a stabulis pluvia inpendente recedunt  
longius, aut credunt caelo adventantibus euris;  
sed circum tutae sub moenibus urbis aquantur,  
excursusque brevis temptant, et saepe lapillos,  
ut cumbae instabiles fluctu iactante suburrām, 195  
tollunt, his sese per inania nubila librant.  
illum adeo placuisse apibus mirabere morem,  
quod neque concubitu indulgent, nec corpora segues  
in Venerem solvunt aut fetus nixibus edunt;  
verum ipsae e foliis natos, e suavibus herbis 200

## TESTIMONIA.

- 189 sq. 'siletur in n.' Arusianus p. 239 L. 'fessos . . . artus' Servius Aen. VI 610 190 'sopor . . . artus' Servius ge. III 211  
193 Priscianus 828 Enyctichus II 12 'sub . . . aquantur' Nonius 87,  
8 197 sqq. 'utrum examina, tamquam cetera videmus animalia, con-  
cubitu sobolem procreent an heredem generis sui floribus eligant, quod  
affirmat noster Maro' Columella de re. r. IX 2, 4 197 Servius ge.  
IV 5 198 'quod neque concubitu indulg.' Asper 112, 21 K. Gellius IV  
16 'neque concubitu i.' Arusianus p. 231 L. 'concubitu i.' Priscia-  
nus 778 P.

## VARIA LECTIO.

- 189 cumpofuere γ1 190 SVOS *(nominativo)* R fuοf γ SVVS MPbc  
ARTVVS P occupat artuf (patartuf *in ras.*) b 191 impende<sup>nt</sup> te γ  
RECEUBUN M 192 ADVENTANTILVS L m. rec. corr. in B R 193  
TOTAE P muenibuf γ1 AÉQUANTUR M equantur γ1 194 EX-  
CUSSUS M TEMPTANT N rubr.) M 195 CUMBE STABILES Y rubr.  
M e. imbe (u. m.1) <sup>in</sup> ttabilef γ cymbae inttabilef c. (y *in ras.*) b FLATV  
P SUBURRAM M 196 IMSESE M hilfese, in mg. al. if saepe, γ  
197 adeo . . . o fort. m.2, erasa fort. m) γ mirabere (a m.2 γ 198  
neque] DEG M nec bc, Asper, Gellius nec *in mg.* al neq.) γ ne *Aru-*  
*siani Ambr.* hae eiusdem Gu. INDULGENS M SEGNIS M REGNIS  
P 199 festuf γ1 nixibus testatur Servius ni. ibuf γ2 nexibu. γ1  
NEXIBVS R NEXIB. M NECSIBVS P 200 IPSEEFOLHS M ipse e foliis  
γ IPSAEFOLHS Pc E MP et (=ec) γbc SED R

ore legunt, ipsae regem parvosque Quirites  
sufficiunt, aulasque et cerea regna resigunt.  
\*saepe etiam duris errando in cotibus alas  
\*attrivere, ultroque animam sub fasce dedere:  
\*tantus amor florum et generandi gloria mellis. 205  
ergo ipsas quamvis angusti terminus aevi  
excipiat (neque enim plus septima dicitur aestas),  
at genus immortale manet, multosque per annos  
stat fortuna donus, et avi numerantur avorum.  
praeterea regem non sic Aegyptos et ingens 210  
Ludia nee populi Parthorum aut Medus Hydaspes

## TESTIMONIA.

201 'Quirites' Macrobius Sat. VI 6, 19      202 'aulas . . . regna'  
Servius Aen. XII 589      203 sq. 'saepe . . . attrivere' Aldhelmus in A.  
Mai auct. class. 588 Servius ge. IV 161      201 'ultroque . . . dedere,'  
Nonius 312, 20 Servius ge. IV 214      205 Servius ge. IV 5      206 sq.  
'ergo . . . excipiat.' Nonius 293, 29      207 'neque . . . aestas' Aru-  
sianus p. 253 L.      210—212 'praeterea . . . observant' Donatus adelph.  
prol. 2 Pseudoaseonius ad Cie. Verr. I 46      210 sq. 'praeterea . . .  
Lydia' Probus 66, 1 K.      211 'aut M. H.' Probus 66, 4 schol. Hor.  
carm. I 22, 8

## VARIA LECTIO.

R OS

201 ore (e m.2 in ras.) γ ipfe γ parvos] PABULVM M 202  
AULAS M cerea γ REFIGUNT Myc Servius, Philargyrus REFIN-  
GVNT Rb RELINGVNT P 203—205 post 196 poni iussit Io. Schrade-  
rus: paulo etiam aptius post 218 collocari videntur, sed omnium ma-  
xime probabile est, quod suspicatur Wagnerus, absoluto iam opere in  
marginem illos versus a poeta coniectos esse: cf. leet. Verg. 7. Ceto-  
rum non interpretatur eos Philargyrus. in duris errando cotibus

Aldhelmus 204 ATTRIUERE-RE M Atriuere γ utro γ animas  
Nonii exempl. SVFFASCE P dederunt Servius ad v. 214 205  
florum (m m.2, n. m.1) γ 206 ANGVSTE P AEVIS P 207 EXCI-  
T. PIAM M PLUS (RIUS m.1, corr. col. rubro) M SÆPTIMA M  
208 ad γ ET R 'et, alibi at: potest abundare coniunctio' Philargy-  
rus INMORTALE Mb 209 domof e 210 PRAETER <sup>EA</sup> M AE-  
GYPTVS Rybc AEGYPTIOS P 211 LVDIA R LYDIA MPb Lidia γ  
PARTORVM (II m.2) R Lidia parthorum populi aut c ET (corr.  
col. rub.) M HYDASPES (Y in ras.) R <sup>nee</sup> <sup>AV</sup>

observant. rege incoluni mens omnibus una est;  
amisso rupere fidem, constrnetaque mella  
diripuere ipsae et crates solvere favorum.

ille operum custos, illum admirantur et omnes      215  
circumstant fremitu denso stipantque frequentes,  
et saepe attollunt unneris, et corpora bello  
obiectant pulchramque petunt per volnera mortem.

His quidam signis atque haec exempla secuti  
esse apibus partem divinae mentis et haustus      220  
aetherios dixerunt; deum namque ire per omnia,  
terrasque tractusque maris caelunque profundum;  
hinc pecudes armenta viros, genus omne ferarum,  
quemque sibi tenuis nascentem arecessere vitas;

## TESTIMONIA.

212 sq. 'rege . . . fidem.' Seneca de elem. I 4, 2 epist. 114, 23  
215 sq. 'ille . . . circumstant.' Nonius 347, 24      218 'pulchramque . . .  
mortem.' Nonius 367, 8      219 Iulius Rufinianus p. 229 R.      221 sq.  
'deum . . . profundum' Minucius Felix Octav. p. 40 (ed. Heidelberg.  
1560) Augustinus de civ. dei IV 11      221 'per omnia deum ire ipsi  
adserunt et omnia in virtute eius consistere. vim et maiestatem eius  
per omnia elementa penetrare, terras caelum maria.' Ambroſius de  
offic. I 13      221 Servius Aen. IV 705

## VARIA LECTIO.

212 rege, in mg. a<sup>l</sup> regē γ̄ incolume γ̄1 incolomi b̄lclz̄ mens.  
γ̄ est om. Seneca de elem.      214 eratēf (c in rasura) γ̄ FAUO-  
REM M̄ fauorum (u pr. m.2 in ras.) γ̄      215 ILLE ADMIRATUR M̄ il-  
lum admirantef (f corr. in r) γ̄ illum admiratur Nonii exempl.      216  
FREMITVS P̄ frenientef (mentef in ras.) b̄      217 adtolliunt c̄ humerif c̄ PECTORA P̄: cf. 83      218 pulchram . . . mortem = Aen. XI  
647 nōlnera γ̄ VVLNERA M̄Rc̄      219 EXSEMPLA P̄      220 PATREM  
P̄ auſtuf γ̄ haufūf c̄      221 per (er m.2) γ̄ omnia secundum Ambroſium Peerlkampus in Verg. Aen. vol. II p. 21: probavit Lachmannus Lucr. 72 OMNIS MPRȳb̄, Augustinus om̄f c̄      222 = eel. IV  
51 TERRASQ̄. (corr. col. rubro) M̄      223 HIC R̄ uiruf γ̄1  
GENTVS P̄ genof γ̄      224 SIBI m.2 sup. R̄ TENUES M̄ ACCERSERE  
R̄ acceſſere γ̄1, areceſſere γ̄2 et in mg.      uitaf areceſſere c̄

scilicet hinc reddi deinde ac resoluta referri  
omnia, nec morti esse locum, sed viva volare  
sideris in numerum atque alto succedere caelo.

Siquando sedem angustum servataque mella  
thensauri relines, prius hanstu sparsus aquarum  
ore fove, fumosque manu praetende sequacis.  
illis ira modum supra est, laesaeque venenum  
morsibus inspirant, et spicula caeca relinquunt  
adfixae venis, animasque in volnere ponunt.

225

## TESTIMONIA.

225 schol. Stat. Theb. VI 112 228 'si . . . angustum' Maximi  
Victorini de fin. glossator 19 p. 466 Endl. 238 Macrobius Sat. VI 6,  
19 'animasque . . . ponunt' Nonius 232, 33 schol. Iuvenalis IV 91  
Servius Aen. IX 687 ge. IV 79

## VARIA LECTIO.

225 .huc (hu e corr.) γ <sup>c</sup> hūhic c ae] hac γ refolita γ RE-  
FERRE (I rubr.) M 227 hic om. sequitur post v. 236 ima pagina c 227  
INXVMERVM continuat R SECONDERE R 228 AVGVSTAM Pybe2  
testatur Servius AUGUSTA <sup>M</sup> ANGVSTAM Re1 fernate γ1  
229 THENSAVRI P: sigmatismi causa praeluli. THENSAVRIS Ry1  
Thefanrif (he in ras.) b THESARURIS My2c, Servius, Philargyrus  
RETINES P ASTU M hanstuf in ras. b auftuf γ parsuf γ1 sparfuf  
γ2 230 ORE PR ORE M orae (a eras.) γ Ora c, (a in ras.) b FAUE  
(corr. col. rubro) M fove (o m.2) γ 'ore fove . . . alii ore fave legunt'  
Servius ore fave Philargyrus. In constituenda lectione ore fove magis  
librorum auctoritatem quam sententiae incertissimae indicia secutus  
sum. Nam et purgari aqua os apiarri et irrigari infuso aqua alvea-  
rium iubere poterat poeta. SINV P quod de vase patulo intellectum  
duplici modo versui accommodari potest scribendo vel: ore fove et fu-  
mos sinu praetende s. vel: ore fove fumosque e simu tende s. Ceterum  
manu si retinetus, saltem datus interpretandus est: cf. Columella IX  
15 SEQVACES R γ2bc Ordinem versuum 228—250 restitui, qua-  
lis saltem intellegi posset, quamquam ne sic quidem omnia sana esse  
puto. In transponendis versibus 236—38 post 230 praeiverunt Schra-  
